# FLORILEGIUM PATRISTICUM
## TAM VETERIS QUAM MEDII AEVI AUCTORES COMPLECTENS
(NOVA SERIES)

EDIDIT

D. D^R THEOL. PAULUS BRUNO ALBERS

---

# XV.

# S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI
## DE OBITU SATYRI FRATRIS LAUDATIO FUNEBRIS

DENUO EDIDIT ADNOTAVIT PRAEFATUS EST

D. D^R PAULUS BRUNO ALBERS

---

BONNAE SUMPTIBUS PETRI HANSTEIN
MCMXXI

# FLORILEGIVM PATRISTICVM
## TAM VETERIS QVAM MEDII AEVI AVCTORES COMPLECTENS
(NOVA SERIES)

EDIDIT

D. D[R] THEOL. PAVLVS BRVNO ALBERS

---

# XV.

# S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI
## DE OBITV SATYRI FRATRIS LAVDATIO FVNEBRIS

DENVO EDIDIT ADNOTAVIT PRAEFATVS EST

D. D[R] P. BR. ALBERS

---

BONNAE SVMPTIBVS PETRI HANSTEIN
MCMXXI

# S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI

## DE OBITV SATYRI FRATRIS LAVDATIO FVNEBRIS

DENVO EDIDIT ADNOTAVIT PRAEFATVS EST

D. Dr PAVLVS BRVNO ALBERS



BONNAE SVMPTIBVS PETRI HANSTEIN
MCMXXI

J. N. 3651

Imprimi permititur

**Paschen**

Coloniae, die 12 Septembris 1921.

Viris illustribus, praeceptoribus carissimis

Augusto Brinkmann, Antonio Elter,
Friderico Marx, Rudolfo Thurneysen

# PRAEFATIO.

Inter eas, quae exstant nobis sancti Ambrosii, Mediolanensis illius episcopi, orationes, laudatio eminet, quam in Satyri fratris defuncti memoriam anno c. 378/77 habuit [1]. Quam si accuratius inspexeris nullo negotio perspicies eam proxime accedere ad illas gentilium laudationes, quae Romae praesertim in nobilium virorum funeribus habebantur, frustra tamen ea omnia requireres, quae in istis ex more inveniuntur. Non laudat Ambrosius generis nobilitatem, non maiorum extollit facinora, non divitias honoresque commemorat, quibus defunctus Satyrus frater functus est, laudat vero animi excellentiam praestantiamque, et virtutes praesertim cardinales, fundamenta vitae christianae, fratri infuisse exemplis demonstrat. Elucet insuper ex oratione omnis, qua ipse orator erga fratrem defunctum adfectus erat, humanitas, pietas, benignitas, amor. Magnum se praebet orator in dolore, maiorem vero se exhibet in virtute constantiae, ita ut Ambrosius non solum fratri defuncto sed sibi etiam ipse *monumentum aere perennius* posuisse dicendus sit. Accedit quod ipsa oratio plena est verborum dictorumque, quae Ambrosius sive a poëtis gentilibus Horatium dico et Vergilium, sive ab aliorum scriptis consolatoriis, Ciceronis puta consolatione deperdita, Senecae, Plutarchi, sive ab aliorum scriptis profanis Sallustii puta et Taciti petiit. Itaque oratio nobis revelat quanti Ambrosius studia quoque profana fecerit, eumque non solum pium sed etiam doctum oratorem suo iure dicemus.

1) De anno mortis Satyri non constat inter doctos, consulas velim: Bardenhewer, Geschichte der altchristl. Literatur 3, 538². Rauschen, Jahrbücher 1897 S. 476 s. — Savio, F., L'anno della morte di S. Satiro, Civiltà cattolica Ser. 18, vol 8 (1902) 529; vol. 9 (1902) 195 ss.

Disputaverunt de hac oratione inter recentiores imprimis Carolus Schenkl et Franciscus Rozinski, ille in fasciculo „Studiorum Viennensium" anni 1894 edito, iste in dissertatione inaugurali anni 1910 Vratislaviae publici iuris facta. Schenkl editionem etiam criticam orationis illius praeparavit et pauca quidem, sed satis bene de illa disseruit, ut infra videbimus; Rozinski fusiore de ipsa disputavit calamo. In eius tamen sententiam pro modulo ingenii nostri inquirendum nobis videtur, cum ea, quae ab ipsa disputata sunt, non recte enuntiata videantur. Sit ergo:

Laudationum funebrium varia genera existere notum est; Rozinski nostram ad genus, quod Graeci παραμυθίαι vocant, revocat orationemque ipsam sic dividit:

I. Exordium c. 1—6. Quamvis prae dolore vix possim lacrimis temperare, tamen suppeditant rationes non paucae, quae me consolantur.

II. Expositio c. 7—77. Θρῆνος — Ἔπαινος — Θρῆνος — Παραμυθίαι.

1. Causae generales cur flere et lugere debeo

Θρῆνος
- a) sine ipso vivere nequeo. — c. 14.
- b) de ipso bene mereri amplius non potero. — c. 19.
- c) Ipsum perdidi, meum gaudium, meum solamen, lumen vitae meae. — c. 33.

2. Id quod dolorem excitat: Meo iure fratrem lugeo, praeditus enim erat omnibus virtutibus. Elucebat in eo:

Ἔπαινος
- a) eloquentia in operibus forensibus una cum prudentia. — c. 49.
- b) fortitudo animi. — c. 50.
- c) temperantia. — c. 56.
- d) iustitia, quacum benevolentia coniuncta erat. — c. 62.

3. Imponitur finis questui flebili. Quodsi has ceterasque animi virtutes, quibus ille tam egregie ornatus erat, mecum intueor atque contemplor, quin magno, fieri non potest, afficiar dolore neque mirum me semper flere.

III. Sed sunt, quae me consolantur
a) tempore suo decessit — c. 68.
b) christianos non decet lugere sicut paganos — c. 71.
c) quamvis raptus sit, tamen eum non amisi — c. 75.
d) munus, quo fungor me consolatur — c. 77.
IV. Conclusio c. 77—80.
a) Vale, have pia anima c. 78.
b) fac ut quam celerrime sequar te — c. 79.
c) precatio — c. 80.

Hanc quam Rozinski fecit divisionem, quamvis sit acuta, tamen ipsi laudationi minus convenire credimus. Assertionem nostram breviter probare studebimus, breviter indicantes quid Ambrosius singulis dixerit capitibus. Inprimis monendum exordium non ad sex se extendere capita, sed primo capite absolvi. A capite 2 ad 9 Ambrosius queritur quidem de fratre erepto sibi, attamen et se ipsum consolatur, *nam laetandum sibi potius esset quod talem fratrem habuisset, quam dolendum quod amisisset*, capitibus deinde 10 et 11 lacrimas excusabiles dicit, quia non sunt signum infidelitatis aut infirmitatis, nam et Christus lacrimavit, et capitibus 12 et 13 de divinitate filii dei excurrens sermonem de illa instituit. Capite 14 se a hisce rebus tractandis revocat. Deinde a capite 16 usque ad c. 23 ita sermonem instruxit, ut alternando singulis capitibus fratrem luget et, quae se ipsum consolari possunt, addit. A capite 23 ad 25 fratrem recordatur et beneficia, quae defunctus sibi impenderat usu cotidiano, enumerat. Capite 25 iter, quod frater in Africam suscepit commemorat, laetitiam quam ex felici eius reditu hausit et sequenti capite 27 fallacem hanc laetitiam lamentatur, quia brevi post frater e vivis ereptus sit. Capitibus deinde 28 et 29 gratias rependet populo, qui defunctum fratrem una secum luget meritumque ostendit talis christiani luctus. Capitibus 31 et 32 fratrem beatum praedicat, qui vitae huius calamitatibus ereptus sit neque oculis cernere, quae patriae a barbaris imminent. Capite deinde 33 a laudibus defuncti fratris inci-

pit. a quibus capite 64 desistit. Capite 64 confutat quod quis obicere posset se a deo non esse exauditum, fratrem luget, attamen iterum, quae se ipsum consolari possunt, alternando adiungit. A capite deinde 70 rationes cur non lugere debeat, adducit, et postquam capitibus 76 et 77 sororis dolorem, quem ex fratris morte patitur, commemoravit, concludit orationem deum deprecans, ut animam commendatam suscipiat.

Ex hoc argumento elucet Ambrosium orationem non ita instituisse, ut Rozinskio videtur, nam θρῆνος — ἔπαινος — θρῆνος — παραμυθίαι non ita vicissim sibi succedunt, ut altera forma alteram sequatur. Capite enim 2 Ambrosius fratrem iam laudat, „qui malluisset occidi pro aliis quam sibi vivere, imitans Christum, qui etiam pro omnibus mortuus est.“ Capite 5 Ambrosius ita: „*Cor solus prae ceteris fleam, quem fletis omnes?. Privatum dolorem communi dolore digessi, praesertim cum meae lacrimae nihil prosint, vestrae autem lacrimae fidem adstruant, consolationem adferant. Quare ergo fratrem fleam, qui mihi sic ereptus est, ut esset omnium? Non enim perdidi usum sed commutavi: ante corpore inseparabilis, nunc individuus adfectu: manes enim mecum et semper manebis.*“ Haec verba certe consolatoria sunt doloremque mulcent non vero excitant. Etiam sequentibus capitibus laudes fratres immixtae sunt, capitula vero 9 et 10 ad genus παραμυθίας pertinere videntur ex iis enim quae adfert exemplis, elucet non omnes lacrimas esse infidelitatis aut infirmitatis. A capitulis 15 usque ad capitalum 21 παραμυθίαι sive consolationes cum θρήνοις sive lamentis ita sibi succedunt, ut lamenta consolationem eo modo sequentur, ut ex consolatione percepta luctus de fratris obitu augeri videatur. Hac parte orationis Ambrosius itaque praeceptis mihi obsequi videtur, quae Menander rhetor libro suo, quem inscripsit Περὶ Ἐπιδεικτικῶν dedit [1], scribens: περὶ ἐπιταφίου ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπεξελεύσῃ κεφαλαίοις τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς αὔξων δὲ καὶ

1) Spengel, Retor. graec. 3, 420; Bursian, Münchener Akadem. Abhandlungen (1882) 16. No. 3 περὶ ἐπιδεικτικῶν.

θρῆνον. δεῖ δήπου καὶ ἡπλωμένην ἀπαγγελίαν τῶν θρήνων, ἵνα καὶ ἡ λαμπρότης τῶν προσώπων φαίνηται, ἐπέστρεφε δὲ τὴν ἀκροατὴν αὖθις ἐπὶ τὸν θρῆνον καὶ ὅλη σοι γενέσθω τὰ ἐγκώμια τῶν θρήνων. ἐγκωμιάσεις δὲ ἄπο πάντων τῶν τύπων ἐγκωμιατῶν . . . . τὸ δὲ μέγιστον κεφάλειον τῶν ἐγκωμιαστικῶν εἰσιν αἱ πράξεις, ἅστινα θήσεις μετὰ ἐπιτηδεύματα οὐκ ἀφήξει δὲ τοῦ καὶ ἐν ἑκάστῃ πράξει θρῆνον ἐπεμβαλεῖν.

Capitibus 23 ad 26 laudat Ambrosius defunctum, capite deinde 27 iterum quemnam luctum ob fratris decessum ipsi obtinuerit, exponit. Capitula 31 et 32 consolationem exhibent, quam laudes defuncti sequuntur. Laudat deinde fratris prudentiam, fortitudinem, temperantiam iustitiam [1]), sed laude dicta semper luctus sequitur: „*Haec et alia, quae mihi tunc erant voluptati maxime nunc recordationem doloris exasperant. Manent tamen eruntque semper nec umquam velut umbra praetereunt neque enim virtutis gratia cum corpore occidit nec idem naturae meritorumque finis.*“

Ambrosius orationem hanc seu laudationem in fratris defuncti memoriam ad rhetorum praecepta composuisse nemo negare poterit, qui eam attente perlegerit. At, si Ambrosius in oratione de fratris excessu maxime Graecos et praesertim Menandrea praecepta, quae in texenda laudatione funebri, quae περὶ ἐπιταφίου vocatur, sequi videtur, tamen eidem orationi alia quoque praecepta mirifico quodam modo conveniunt, quae in praeceptis, quae dicuntur περὶ μονῳδίας ab isto rhetore graeco tradita sunt. Ait emin: „τί τοί νον ἡ μονῳδία βούλεται; θρηνεῖν καὶ κατοικτίζεσθαι. Κἂν μὲν μὴ προσήκων ᾖ ὁ τεθνεὼς αὐτὸν μόνον θρηνεῖν τὸν ἀπελθόντα, παραμιγνύντα τά ἐγκώμια τοῖς θρήνοις καὶ συνεχῶς τὸν θρῆνον ἐμφανίζειν, ἵνα μὴ ἀπολύτως ἐγκώμιον ᾖ, ἀλλ' ἵνα πρόφασις τοῦ θρήνου ᾖ τὸ ἐγκώμιον. ἂν δὲ προσήκων ᾖ οὐδὲν ἧττον καὶ αὐτὸς ὁ λὲγων οἰκτιεῖται ἢ ὅτι ὀρφανὸς καταλέλειπται, ἢ ὅτι ἀρίστου πατρὸς ἐστέρηται καὶ τὴν ὀρημίαν

1) cf. Aut. ad Herenn. 6. 3. 10. — Cic. de orat. 2. 82. — Quintil. Instit. 3. 7. Menander (Spengel, Rhet. graec.) 3, 379. — Plato, Menex. 236 E.

ὀδύρεται τὴν ἑαυτοῦ αὐτός." Nonne haec praecepta Ambrosius in componenda laudatione hac egregie observavit? Iam supra exposuimus Ambrosiums defunctum fratrem ea de causa laudasse quo magis secum praesentiumque dolorem ob fratris excessum excitet. Quid aliud fecit nisi ut Menandreum illud sequatur: „θρηνεῖν καὶ κατοικτίζεσθαι?" Sed quomodo? παραμιγνύντος τὰ ἐγκώμια τοῖς θρήνοις καὶ συνεχῶς τὸν θρῆνον ἐμφανίζειν, ἵνα μὴ ἀπολύτως ἐγκώμιον ᾖ ἀλλ' ἵνα πρόφασις τοῦ θρήνου ᾖ τὸ ἐγκώμιον."

Et capitibus 21 22 23 nonne se fratre orbatum praedicat et capitibus 33 76 et 77 fratrem sorori ereptum dicit? Nonne hoc tractatu alterum illud Menandreum observatur: „ὅτι ὀρφανὸς καταλέλειπται, ἢ ὅτι ἀρίστου πατρὸς ἐστερήσεται καὶ τὴν ἐρημίαν ὀδύρεται τὴν ἑαυτοῦ αὐτός." Ambrosius se desolatum et optimi fratris societate nunc privatum declarat, ita tamen, ut familiaris orbitas ac solitudo animum quasi frangerent.

Nonne ergo oratio nostra ad genus μονῳδίας pertinere videtur? Prae se enim fert omnia signa, quae hoc genus laudationis, ut nos docet Menander, prae se ferre debet. Si vero omnia μονῳδίας praecepta non tam strenue et accurate observata obicies, id recordari velis Memandrum dicere: „ἡ μονῳδία ἀεὶ ἄνετος" [1]), „monodia" semper est soluta omni imperio, ergo nulli regulae adstricta proindeque ad diversas circumstantias se optime accommodare potest. Miscuit Ambrosius laudibus lamenta, lamentationes denuo laudes sequuntur; in unoquoque fere capite, etiam in iis, quibus laude fratrem extollit, semper de excessu vehementer dolet, plangit, lamentatur, defunctum flet, quid hoc aliud est nisi θρηνεῖν καὶ κατοικτίζεσθαι? Nam κατοικτίζεσθαι non solum est lugere et flere, sed etiam misericordiam, luctum, fletum aliorum excitare, ut simul commisereantur.

Sed haec hactenus; hoc unum tamen adiciam in Ennaratione ad ps. 1, c. 51 Ambrosium ipsum de orationibus suis

1) Spengel, Rhet. graec. 3, 436 ἐχέτω δὲ μνήμην καὶ ζῴων ἀλόγων . . . . οἷον βοῦς (conf. c. 8, bos bovem requirit) ἡ δὲ μονῳδία ἀεὶ ἄνετος.

funebribus, quas habuit, loqui: „Et de resurrectione quidem plurima divinarum scripturarum sunt testimonia, quae non praetermisimus in libris consolatoriis et resurrectionis". — Plurimis notis textum auximus. Jam pauca dicenda restant de rationibus principiisque quae in edenda laudatione observanda putavimus. Codices manus scripti praeter tres, qui in Germaniae bibliothecis asservantur, omnes et optimi quidem in Gallia, deinde etiam in Anglia habentur, codices vero hos manu scriptos apud exteras nationes exstantes propter belli tumultus inspicere nos non potuisse nemo nobis crimini dabit. Quapropter editionem nostram ad illam accomodavimus quam cl. Carolus Schenkl anno 1897 praeparavit[1]). Ipse codices omnes inspexit et summa diligentia variantes lectiones adnotavit omniaque adiunxit, ut editionem vere ut aiunt criticam, publici iuris faceret. De codicibus autem Schenkl ita: «Discedunt libri in duo genera. Ac prioris, quod principem locum in scriptura constituenda obtinet, dux et signifer est Bononiensis 32 in bybliothea, quae est Boloniae in Galliae oppido ad mare sito positus saeculo VII scriptus B. Hic liber, qui semper fere genuinas scripturas praebet, eo tantum laborat vitio quod hic illic verba interciderunt librarii oculis in scribendo ad idem vel simile quod in proximis legitur verbum aberrantibus. Simillimus ei est Parisiacus 12137 s. IX. P., olim Corbeiensis, quem ex illo originem traxisse satis probabile est. Ad hunc proxime accedit Parisiacus 11624 saec. IX P', olim liber S. Benigni Divionensis passim ex codice alterius familiae correctus. Agmen claudit Lauduniensis 178 saec. XI, L, olim liber S. Mariae Vallis Clarae Benigniano longe deterior utpote multis modis interpolatus.

In altero genere primo loco nominandi sunt Coloniensis 38 s. X, C, eiusque adsecla Herbipolensis M. Theol. f. 26 s. XI. H, qui quin ex illo manaverit, non dubito. Deinde

1) C. Schenkl, Ambrosiana. Scritti vari publicati nel XV centenario della morte di Sant Ambrogio. Milano 1897.

liber bybliothecae armentarii Parisiaci 1244 s. XII. A. denique Augiensis C XXX nune Caroliruhensis s. X 𝔄, qui hic illic magis quam ceteri huius generis se adplicat ad familiae prioris scripturas. Hi codices sine dubio ex eodem quo libri B P P′ L quibuscum et corruptelae et lacunae eis communes sunt, fonte fluxerunt, in stemmate vero codicum proprium sibi locum vindicant. Nam etsi passim corrupti et turpiter interpolati sunt, tamen ab eis et bonas aliquot scripturas, quae in ceteris deformatae sunt, servatas et lacunas quasdam, quae in ceteris extant expletas esse reperies."» Praeterea Schenkl tres codices Oxonienses, s. XII, Bodleianos 137, 762, 866 O O′ O″, quorum tertium ad alteram familiam refert, inspexit, sed eos in re critica exercenda nullius momenti esse, merito iudicat.

Cum Schenkelio igitur laudationem hanc primam s. Ambrosii ad fidem optimorum codicum emendatam proponimus, commentarium vero criticum, quo Schenkl editionem suam instruxerat, auximus adducentes omnia ea loca, quae quomodocumque ad Ambrosianas sententias interpretandas, alicuius momenti esse possunt. Brevi reliquas quoque S. Ambrosii laudationes quae extant, nos publici iuris facere posse speramus.

Restat ut tabulam codicum et ea scripta adducamus, quae ad rem faciunt:

## Tabula codicum:

B = liber bibliothecae, quae est Bononiae in Galliae oppido 32 s. VII. f. 120 v.
P = Parisinus 12137, olim Corbecensis s. IX. f. 99 v.
P′ = Parisinus 11624, olim S. Benigni Divionensis s. XI. f. 127 v.
C = Coloniensis 38 s. X. f. 1 v.
H = Herbipolensis. Mon. theol. f. 26 s. XI. f. 1 v.
A = liber bibliothecae armentarii Parisiaci 1244 s. X. f. 148 v.
𝔄 = Augiensis CXXX, nunc Caroliruhensis s. X. f. 101 v.
O = Oxoniensis Bodleianus 137 s. XII. f. 80 v.
O′ = „ „ 762 s. XII. f. 62 v.
O″ = „ „ 866 s. XII. f. 132 v.

L = Laudunensis 178 s. XII. f. 123 v
Ambros. opp. Migne, P. l. 16, 1289.
„ „ Ballerini 5. 21.

Ex editionibus hae inprimis praeter illam Schenkelii: enumerandae videntur versiones:

Versionem germanicam publicaverunt: F. X Schulte. Bibliothek der Kirchenväter, Kempten 1871, et
Th. Köhler, Ambrosius von Mailand. Ausgewählte Reden, Leipzig 1892 (G. Leonhardi, Die Predigt der Kirche. 20).
R. Löhe, Mancherlei Gaben und ein Geist 50 (1910), Heft 1—4.
De S. Ambrosii orationibus funebribus egit:
Fr. Rozinski, Die Leichenreden des hl Ambrosius, insbesondere auf ihr Verhältnis zur antiken Rhetorik und den antiken Trostschriften untersucht (Inauguraldissertation Breslau 1910, 15—70 Ambrosii de excessu fratris sui Satyri oratio prior).
De S. Ambrosio eiusque tempore egerunt:
M. Ihm, Studia Ambrosiana, Fleckeisen-Jahrbücher, Supplem. 17 (1890). — Foerster, Ambrosius, Bischof von Mailand. Eine Darstellung seines Lebens und Wirkens, Halle 1884 (vgl. R. E.[3] 1.443).
De cetero videsis:
Schanz, Röm. Literaturgesch. 4, 1, 317; reliqua pg. 1 nostrae praefationis 1 31 et Schanz op. com. pg 350.

---

Signa: > inter duo verba significat primum verbum loco alterius in altero textu ponendum
> post verbum(a) significat ipsum(a) verbum(a) deesse in altero textu.

# SANCTI AMBROSI
# De Excessu
## Fratris sui Satyri
### Libri duo.

---

## LIBER PRIMUS.

1. Deduximus, fratres dilectissimi hostiam meam, hostiam incontaminatam, hostiam deo placentem, dominum et fratrem meum Satyrum. Memineram esse mortalem nec fefellit opinio; sed *superabundavit gratia*. Itaque nihil habeo quod querar, et habeo in quo deo gratias agam, quia semper optavi,

4 1. Tim. 1. 14.

IN̄C LIBER I DE EXCESSV FRATRIS SC̄I AMBROSI B — INCIPIT LIB̄ PRIMVS DE EXCESSV SATYRI FRATRIS SANCTI AMBROSI EPISCOPI P O — INCIPIVNT LIBRI SC̄I AMBROSI EP̄I DE EXCESSV FR̄IS SVI ET DE RESVRRECTIONE MORTVORVM. P′ — INCIPIT LIBER SC̄I AMBROSII DE FRATRIS EXCESSV C H — INCIPIT LIBER PRIMVS SC̄I AMBROSI EP̄I MEDIOLANENSIS DE EXCESSV FRIS SVI SATYRI A — INCIPIT DE EXCESSV FRATRIS 𝔄 — INCIPIT EIVSDEM LIB̃ I DE SATYRO FRATRE SVO L — INCIPIT LIBER EIVSDEM PRIMVS DE EXCESSV FRATRIS SVI. O′; in O″ non est inscriptio. — 2 dñm C H A 𝔄. — 2 et *s. v.* B. — 3 memineram + quippe 𝔄; + quippe eum O H A. — 5 quaerar B. — 5 obtavi B.

3 memineram: Senec. dial. 6 (Ad Marc. de consol.). 10. 5 mors enim illi denuntiata nascenti est. In hanc legem natus est. Hoc illum fatum ab utero statim prosequebatur. cf. dial. 12 (ad Polyb. de consol.). 11. 5. Cicero, ep. fam. 5. 16. 2; 4. 5. — 5 quia semper optavi: Senec. dial. 6 (ad Marc. de consol.). 13. 3. precatum enim se, ut si quid ob ingentem victoriam invidiae dandum esset, id suo potius quam publico damno solveretur. Cf. Valer. Max. 5. 10. 2: ut si adversi quid populo Romano immineret, totum in meam domum converteretur.

ut si quae perturbationes vel eclesiam vel me manerent, in me potius ac meam deciderent domum. Deo igitur gratias, quia in hoc omnium metu, cum omnia motibus sint suspecta barbaricis, communem maerorem privato dolore transegi et in me conversum est, quidquid timebamus omnibus. Atque utinam hic consummatum sit, ut dolor meus publici doloris redemptio sit.

2. Nihil quidem habui, fratres carissimi, in rebus humanis tanto fratre pretiosius, nihil amabilius, nihil carius, sed praestant privatis publica. Ipsius quoque si quis sententiam sciscitaretur, mallet occidi pro aliis quam sibi vivere; *propterea enim pro omnibus secundum carnem Christus est mortuus, ut nos non solis nobis vivere disceremus.*

3. Accedit illud quod ingratus divinitati esse non possum, laetandum enim magis est quod talem fratrem habuerim quam do-

10 2 Cor. 5. 15.

1 vel + in ecclesiam vel in me B. — 1 im (m 2) B. — 2 reciderent H 𝔄. — 3 montibus B (*sed* n. *eras.*). — 5 timebam O′. — 5 omnibus B A P′ L; *et* (*ex* omnes) P, omnes *cet.* — 9 si sententiam quis P′. — 10 sciscitaretur (sci *pr. ex* su) P; scissitaretur P′. — 10 mallit B P′ L et (*corr.* m 1) P. — 10 occidere C O″ *et* (corr. m 1) A. — 12 nos > H 𝔄; non solis nos C. — 12 nobis solis C H. — 12 solis (*corr. ex* solŭ) A. — 13 accidit B L O O′ *et* P′: accedit (*e ex* i) P. — 14 est enim magis C. — 14 fratrem *s. r.* P′.

14 laetandum . . . amiserim: Schenkl admonet cum Boresch (Leipz. Stud. 9. 104) Ambrosium hunc locum ex Ciceronis deperdita Consolatione deprompsisse, sed etiam Sallustius, quem Ambrosius imitari potuit, (cf. Jugurth. 14. 22) Adherbalem in senatu Romano dicentem facit: tamen laetandum magis quam dolendum casum tuum. Videsis etiam Senec. dial. 6 (ad Marc. de consol.). 12. 1. si confessa fueris percepisse magnas voluptates, oportet te non de eo quod detractum est queri, sed de eo gratias agere quod contigit. Epist. 99 § 3 idem Seneca: Si enim amicum perdidisses danda opera, ut magis gauderes quod habueras quam maereres quod amiseris. Idem Seneca in consolatione ad Polyb. (Senec. dial. 12. 10. 1) Illud quoque, qua iustitia in omnibus rebus es, necesse est te adiuvet cogitantem non iniuriam tibi factam, quod talem fratrem amisisti, sed beneficium datum, quod tamdiu tibi pietate eius uti fruique licuit; ibid. 10. 4. non est quod cogites, quanto diutius habere potueris, sed quamdiu

lendum quod fratrem amiserim; illud enim munus, hoc debitum est. Itaque perfunctus sum, quamdiu licuit, commisso mihi faenore, qui deposuit pignus, recepit. Nihil interest utrum abiures

habueris. Idem Seneca eodem loco § 4: quod habuisti ergo optimum fratrem, in summis pone. Non est quod cogites, quanto diutius habere potueris, sed quamdiu habueris, et § 6 gaude itaque habuisse te tam bonum fratrem et usum fructumque eius, quamvis brevior voto fuerit, boni consule. Cogita iucundissimum esse quod habuisti, humanum, quod perdidisti. Nec enim quicquam minus inter se consentaneum est quam aliquem moveri, quod sibi talis frater parum diu contigerit, non gaudere, quod tamen contigerit. — Apud Quintilianum Institut. 6. praef. 9 legimus: Minus enim est quod flendum meo nomine quam quod illius gaudendum est. — Hieronymum ep. 60. 7: nec doleas, quod talem amiseris, sed gaudeas, quod talem habueris, Ambrosius imitatus non est, quippe qui Hieronymus epistolam anno 395 scripsit, Ambrosius orationem autem multo antea habuit cf. R. E. [3] 7. 621. vo. Heliodor. — Senec. ep. 99 3. si amicum perdidisses, danda opera, ut magis gauderes quod habueras quam maereres quod amiseris.

1 amiseram (*a* altera *eras.*, *sed* m 2) P. — 2 perfruitus P′; perfructus O′. — 2 foenore B P P′ C L.

2 commisso mihi faenore: Ad rem Senec. dial. 12 (ad Polyb. de consol.) 10. 2. Iniquus est, qui muneris sui arbitrium danti non relinquit, avidus, qui non lucri loco habet, quod accepit, sed damni, quod reddidit; ibid. 12. 5 si quis pecuniam creditam solvisse se moleste ferat, eam praesertim, cuius usum gratuitum acceperit, nonne iniustus vir habeatur? — Cicero, Tusc. 1. 39. Pellantur ergo istae ineptiae paene aniles ante tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? Naturaene? At ea quidem dedit usuram vitae tamquam pecuniae nulla praestituta die. Quid est igitur quod querare, si repetit cum volt? Ea enim condicione acceperas. Cf Martial. 5. 42. — 2 Plaut. Most. 561 .— Papin. Dig. 33. 2. 24 et 1 Reg. 2. 20: Et benedixit Heli Elcanae et uxori eius dixitque ei.: Reddat tibi dominus semen de muliere pro faenore quod commendasti domino. — Senec. Dial. 6 (Ad Marc. de consol.). 10, 2. Itaque non est quod nos suspiciamus tamquam inter nostra positi, mutua accepimus. Usus fructusque noster est, cuius tempus ille arbiter muneris sui temperat, nos oportet in promptu habere, quae in incertum diem data sunt et adpellatos sine querella reddere. Pessimi debitoris est, creditori facere convicium. cf. dial. 12. 17. 2. 3 et Juvenal. sat. 13. 60. — Plutarch. Apoll. 124.

depositum an doleas restitutum. In utroque fidei ambigium, vitae periculum est. An, si pecuniam neges, culpa est, si hostiam neges, inpietas est, cum pecuniae faenerator inludi possit, naturae auctor et necessitudinis creditor fraudari non queat? Itaque quanto uberior faenoris summa, tanto gratior usura sortis.

4. Unde ingrati de fratre esse non possumus, quia quod naturae communis fuit reddidit, quod gratiae singularis est, meruit. Quis enim communem conditionem recuset? Quis doleat sibi proprium pignus ereptum, cum ad solacium nostri *filium suum unicum pro nobis pater tradiderit ad mortem?* Quis exceptum se putet esse debere a condicione moriendi qui non sit exceptus a condicione nascendi? Magnum pietatis mysterium, ut mors corporis nec in Christo esset excepta, ac licet naturæ dominus carnis tamen quam susceperat legem non recusaret. Et mihi necesse est mori, illi necesse non fuit. An qui de servo dicit: *Si volo eum sic manere, donec venio, quid ad te?* non potuit ipse sic manere, si vellet? Sed perpetuitate vitæ huius sibi pretium, mihi sacrificium perdidisset. Quod igitur maius est solacium nostri, quam quod secundum carnem et Christus est mortuus? Aut cur ego vehementius

11 Rom. 8. 32. — 17 Jo. 21. 22. 23.

3 pietas C H 𝔄 P′. — 3 pecunia; B P P′ C O′ L. — 5 quaeat B. — 6 sortis usura O′. — 12 a A; > ceteri. — 18 vellit (*corr. m. 3.*) B. (*corr. m. 2*) P. — 20 quod C H A 𝔄 O″ *et* (d *s. c.* m 3) B, m. 1 O; quo *ceteri.* — 21 et *eras.* 𝔄 — 21 an cur C.

7 quod naturae communis fuit reddidit: cf. Senec. dial. 12 (Ad Polyb. de consol.). 1. 3. quis tam superbae inpotentisque adrogantiae est, ut in hoc naturae necessitate omnia ad eundem finem revocantis se unum ac suos seponi velit ruinaeque etiam ipsi mundo imminenti aliquam domum subtrahat? Maximum ergo solacium est cogitare id sibi accidisse, quod omnes ante se passi sunt omnesque passuri. Et ideo mihi videtur rerum natura, quod gravissimum fecit commune fecisse, ut crudelitatem fati consolaretur aequalitas. cf. Cic. Tusc. 3. 79. Ne illa quidem firmissima consolatio est quamquam et usitata est et saepe prodest: Non tibi soli. — Hor. c. 1. 28. 15; 2. 3. 25. — Senec. dial. 6 (Ad Marc. de consol.) 21. 7.

fleam fratrem, cum sciam illam mori non potuisse pietatem?

5. Cur solus præ cæteris fleam quem fletis omnes? Privatum dolorem communi dolore digessi, praesertim cum meae lacrimae nihil prosint, vestrae autem lacrimae fidem adstruant, consolationem adferant. Fletis, divites, et flendo probatis nihil opitulari repositas divitias ad salutem, cum pecuniae pretio mors differri non queat, et pari usu divitem inopemque dies supremus eripiat. Fletis, senes, quod in hoc liberum sortem pavetis, et ideo, quia vitam corporis producere non potestis, instituite liberos non ad usum corporis sed ad virtutis officium. Fletis et iuvenes, quod naturae finis non sit maturitas senectutis. Fleverunt et pauperes, et quod multo est pretiosius multoque uberius, lacrimis suis eius delicta laverunt. Illae sunt lacrimae redemptrices, illi gemitus qui dolorem mortis abscondunt, ille dolor qui perpetuae ubertate laetitiae veteris sensum doloris obducat. Itaque licet privatum funus, fletus tamen est publicus, et ideo non potest fletus esse diuturnus, qui universorum est affectibus consecratus.

6. Nam quid te, mi frater amantissime, fleam, qui mihi sic ereptus es, ut esses omnium? Non enim perdidi usum tui, sed commutavi, ante corpore inseparabilis, nunc individuus affectu; manes enim mecum ac semper manebis. Et

1 conscientiam P, *sed* m 2. cum sciam. — 1 posse P′. — 3 solus C H A 𝔄 P′ O″, solum *ceteri*. — 4/5 lacrimae meae H. — 6 consulationem B. — 7 divitias repositas P′. — 7 penitentiae [nitentiae *delet. et script.*] cunie C. potenciae A. — 9 suppremus B. — 9 liberorum 𝔄; (ro *scripsit* m. 2) C H A, liberam O, (am m 2 *in ras.*) *ceteri*. — 11 instituite (i *tertium s. v.*) B P, institute O, instruite P′. — 12 iuvenis (-es m 3) B. — 14 multo est P′. — 15 redemptricis B et (-es m 2) P. — 18 esse fletus H. — 19 quia P′. — 19 adfletibus (ad *eras.*) coñgregatus (m 2 consecratus) P. — 20 mi > P′. — 21 ēē somnium C, esses somnium P (s. *tertium* suprascriptum m 2), H (*s tert. exp.*) — 23 < ac P′ et (*supra* ac) H.

8 Hor. c. 1 4. 13 Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas Regumque turres. — 10 vitam corporis producere: Plautus Trin. 340 ex rec. Lactantii.

quidem cum viveres nobiscum, numquam te patria eripuit mihi, nec ipse mihi umquam patriam prætulisti et nunc alteram praestitisti: coepi enim iam hic non esse peregrinus, ubi melior mei portio est. Numquam enim in me totus fui, sed in altero nostri pars maior amborum: uterque autem eramus in Christo, in quo et summa universitatis et portio singulorum est. Hic mihi tumulus genitali solo gratior, in quo non naturae, sed gratiae meae fructus est; in isto enim corpore, quod nunc exanimum iacet, praestantior vitae meae functio, quia in hoc quoque quod gero corpore uberior tui portio.

7. Atque utinam ut memoriae, ut gratiae ita etiam vitae, tuae hoc quidquid est, quod spiramus spirare possemus, dimidiumque meorum decederet temporum, quod ad tuorum proficeret usum! Par enim erat, ut quibus indivisum semper fuit patrimonium facultatum, non esset vitae tempus divisum vel certe qui indistincta semper habuimus vivendi consortia, non haberemus distincta moriendi.

8. Nunc vero, frater, quo progrediar, quove convertar? Bos bovem requirit, seque non totum putat et frequenti mugitu pium testatur adfectum, si forte defecerit cum quo ducere collo aratra consuevit: ego te, frater, non requiram? Aut possim umquam oblivisci tui, cum quo vitae hujus semper

1 viveris (-es m 3) B. — 3 hic iam C H A. — 5 maior + est P′. 7 est *s. v.* P′. — 8/9 corpore enim H. — 9 exanimatum C H, exanime L. — 12 ut gratiae > 𝔄. — 13 meę (*supra* tuę) H. — 13 spiramus C H A, speramus 𝔄 (i *supra* e m 3) P, (i. *s.* e m 2) O O′, sperabamus P″, spe paramus (s. *alterum eras.*) L, spe paramus B O′; spirare C H A 𝔄, sperare *ceteri*. – 13 possimus P 𝔄 P′ O O′. - 14 decideret C H A, decederet P. — 15 proficeret usum *in ras.* P. - 15 pars (s *eras.*) 𝔄 O″. — 15 quib indivisum (b in *s. v.*) P. — 16 divisum tempus C H. — 18 moriendi + contubernia O″. — 20 totum non O′. — 21 amorem (Maurini) > adfectum. — 23 possum H L O′.

20 bos bovem requirit: cf. Senec. Dial. (Ad Marc. de consol.) 7. 2 adspice mutorum animalium quam concitata sint desideria et tamen quam brevia. Vaccarum uno die alteriore mugitus auditur, nec diutius equarum vagus ille amensque discursus est.

aratra sustinui labore inferior, sed amore coniunctior, non tam mea virtute habilis, quam tua patientia tolerabilis; qui pio semper sollicitus adfectu latus meum tuo latere saepiebas, caritate ut frater, cura ut pater, sollicitudine ut senior, reverentia ut iunior. Ita in unius necessitudinis gratia conplurium mihi necessitudinum officia pendebas, ut in te non unum, sed plures amissos requiram, in quo uno ignorata adulatio, expressa pietas. Neque enim habebas quod simulatione adderes, qui totum pietate conprehenderes, ut nec incrementa reciperis, nec vicem exspectares.

9. Sed quo immemor officii, memor gratiae inmodico dolore progredior? Revocat Apostolus, et tamquam frenos maerori inducit, dicens sicut nuper audistis: *Nolumus vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non tristes sitis, sicut et ceteri qui spem non habent.* Date veniam, fratres carissimi. Neque enim omnes possumus dicere: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi*, sed ad imitandum si auctorem quaeritis, habetis quem possitis imitari. Non omnes ad docendum idonei, utinam omnes ad discendum habiles!

10. Non gravem lacrimis contraximus culpam; non omnis infidelitatis aut infirmitatis est fletus. Alius naturae dolor, alia est tristitia diffidentiae et plurimum refert desiderare quod habueris, et lugere quod amiseris. Non solus

13 1. Thessal. 4. 13. — 16 1. Cor. 11. 1. — 18 cf. 2. Tim. 2. 2.

1 aratra semper H L. — 1 labore + enim C H. — 1 inferior sui amore H. — 1 coniunctior (c alt. *s. v.*) P, vinctior P′. — 2 quam—tolorabilis (*s. v.* m. 2) B. — 3 adfectu (d *in ras.*) B. — 5 ita ut in 𝔄 P′ O′. — 6 inpendebas H. — 8 adulatio + est H. — 8 expressa + est (est *s. v.* m 2) B. — 9 conprehenderas A 𝔄 P′ O O′ O″. — 10 reciperis B (-es m 3) L O′. 10 expectaris B, (-es m 3) O (-es m 2) A P′ O′ O″, expectares (res *et* sed *in ras.*) L. — 11 quod B A 𝔄 O O″ et (quid m 2) P; > L. — 12 meroris frenos C, meroris A H O″ *et* (s *eras*) O. — 14 fratres *s. v.* P′. — 14 tristis sitis B, contristes sitis 𝔄, c̄tristetis (tis *in ras.* m 2) O′, contristemini L. — 14 sicut *s. v.* P′. — 14 *sicut ceteri* L. — 16 enim > P′. — 16 mei (i *s. v*) estote (e *pr. s. v.* m 3) B. — 20 at non (a *ex* u) P′, aut non O. — 21 infedelitatis C. omitt. P′ (*qui post* omnis addit ę) *ceteri*. — 22 tristitia est H. — 4 Cf. Senec. dial. 12. 5. 2.

dolor lacrimas habet, habet et laetitia lacrimas suas. Et pietas fletum excitat et oratio stratum rigat et precatio juxta propheticum dictum *lectulum lavat*. Fecerunt et fletum magnum sui cum patriarchae sepelirentur. Lacrimae ergo pietatis indices, non inlices sunt doloris. Lacrimavi ergo fateor etiam ego, sed lacrimavit et Dominus, ille alienum, ego fratrem: ille in uno lacrimavit omnes, ego in omnibus lacrimabo te, frater.

11. Ille nostro non suo inlacrimavit adfectu neque enim divinitas lacrimas habet, sed lacrimavit in eo qui tristis fuit, lacrimavit in eo, qui crucifixus est, qui mortuus, qui sepultus est: lacrimavit in eo de quo hodie nobis insinuavit propheta dicens: *Mater Sion dicet: Homo, et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus.* In eo lacrimavit, quod matrem Sion dixit, genitus in Iudaea, susceptus ex virgine, matrem autem secundum divinitatem habere non potuit, quia auctor est matris. Ille factus est non divina generatione, sed humana, quia homo factus est, deus natus est.

12. Sic et alibi habes: *Puer natus est nobis, filius datus est nobis.* In puero enim nomen aetatis, in filio plenitudo divinitatis est. Factus ex matre, natus ex patre; idem tamen et natus est et datus: non diversum, sed unum putes. Unus enim dei filius, et natus ex patre et ortus ex virgine.

3 ps. 6. 7. — 6. 10 Matth. 25. 37; Jo. 11. 35. — 13 ps. 86. 5. — 19 Esai. 9. 6.

2 fletus L. — 2 praedicatio C H. — 3 profiticum B. — 3 planctum > fletum A. — 4 sui > H. — 7 lacrimavit + affectu 𝔄. — 8 te lacrimabo P. — 9 inlacrimavit B C A 𝔄 L, lacrimavit *ceteri*. — 10 in > C H A 𝔄 O″. — 10 quo > qui H A L O″. — 10 qui tristis fuit lacrimavit in eō > C. — 11 in > H A 𝔄 O″. — 11 qui > quo C H A L O″, qui (o *s.* i) 𝔄. — 11 quo mortuus quo C H A 𝔄 L O″. — 12 in > C H A 𝔄 O″. — 12 de > P. — 13 Sion B C 𝔄 P′ O O″, Syon *ceteri*. — 13 dicit B O. — 14 altissimus (in marg. m 2) P′. — 14 In > C H A 𝔄 O″. — 15 quo C H A 𝔄 O″. — 15 matrem (r *s. v.*) B. — 15 Sion B C A 𝔄 P′, Syon *ceteri*. — 16 autem > C. — 17 qui > quia C O′. — 19 sicut et L, sicut O″. — 22 est > C H 𝔄 L O″. — 22 sed] & (*s.* sed) P. — 23 enim + est P O′.

Distant ordine, sed in uno concurrunt nomina, sicut et praesens lectio docet, quia *et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus*, homo utique corpore, altissimus potestate, etsi deus et homo diversitate naturae, idem tamen, non alter in utroque. Aliud ergo speciale naturae suae, aliud commune nobiscum, sed in utroque unus, et utrimque perfectus.

13. Non igitur mirandum est, quia et dominum eum et Christum fecit deus. Fecit ergo Iesum, eum utique qui ex corpore nomen accepit, fecit eum de quo etiam patriarcha scribit David: *Mater Sion dicet homo, et homo factus est in ea*, dissimilis utique non divinitate sed corpore, nec discretus a patre, sed exceptus in munere, manens in consortio potestatis, segregatus in mysterio passionis.

14. Plura loci huius tractatus exposcit, quibus possimus ostendere auctoritatem patris, proprietatem fili, trinitatis totius unitatem, sed consolandi hodie, non tractandi partes recepi, quamquam abducere a maerore animum intentione tractandi consolationis usus sit. Sed temperandus mihi maeror, quam alienandus adfectus, ut mulceantur magis desideria, quam sopiantur. Non libet enim abire a fratre longius et occupatione subduci, cum velut comitandi eius

2. 11 ps. 86. 5.

1 distant A 𝔄, distanti *ceteri*. — 1 ordines (s *delevit* m 3) 𝔄, ṣordinę A (ṣ *eras.*). — 1 unum C H A 𝔄. — 1 concurrunt 𝔄, concurrit B (t *s. v.*) P P′ L O, cucurrit O′, concurrente C H A O″. — 1 nomine (nomen m 2) 𝔄. — 2 docens dicit A. — 5 aliut commune B. — 6 utrimque > in utroque C H, in utroque A 𝔄, utrumque *ceteri*. — 8 dm̄ P′. — 8 meum > eum (m *expunxit* m 2) P. — 9 fecit deus > 𝔄. — 10 a > de P. — 11 scribit > A — 11 David + quia C H A 𝔄. — 11 Sion B P C A 𝔄 L; Syon *ceteri*. — 11 *dicit* B 𝔄 L. — 11 *natus* > *factus* (*s.* factus) A. — 12 ea + quasi ergo factus homo C; quasi homo ergo factus H A. — 14 misterio P′ O″, ministerio C. — 15 huius loci L. — 15 possumus A L, possemus O″. — 16 fili B; filii (i *ultim. s. v.* m 1) 𝔄, (i *ultim. s. v.* m 2) A P, *ceteri*. — 17 consulendí P′. — 17 tractandi + consolationis (*in ras.*) P. — 18 recėpi (e *alter. ex* i m 3) B. — 18 abdicere (v *s.* i) A. — 19 consulationis B. — 22 occupacioni C. — 22 cōmutandi C A, conmutandi H.

gratia hic sermo susceptus sit. ut diutius sensu prosequar proficiscentem et quem oculis teneo, mente complectar. In illo enim totam oculorum aciem figere libet, cum illo totis animorum officiis inmorari, illum toto blanditiarum ambire obsequio, dum stupet animus nec amissum credo quem adhuc cerno praesentem nec mortuum puto cujus adhuc officia non requiro, quibus ego vitae meae usum et spirandi omne munus addixeram.

15. Quid enim referam tantae gratiae, tanto labori? Ego te, frater, heredem feceram, tu me heredem reliquisti; ego te superstitem optabam, tu me superstitem dimisisti. Ego pro muneribus tuis, ut compensarem beneficia vota referebam, nunc et vota perdidi, sed tamen tua beneficia non amisi. Quid agam, mei successor heredis? quid agam, meae vitae superstes? quid agam exors hujus quod capio luminis? quas grates, quae munera referam tibi? Nihil a me praeter lacrimas habes. Aut fortasse securus meriti tui, quas solas superstites habeo lacrimas, non requiris. Nam etiam cum adhuc viveres, flere prohibebas maeroremque magis nostrum quam tuam mortem tibi esse testabaris dolori. Prohibent ulterius prodire lacrimae, fletusque revocant, prohibent etiam tui gratia, ne, dum nostra deflemus, de tuis meritis desperare videamur.

16. At certe tu nobis etiam maeroris istius minuisti

3 tantam > totam A. — 4 animorum (mis *s.* morum, > officiis) 𝔄. — 4 abire (e *s.* i m 3) B, ābire P′. — 7 meae quibus sum et P. — 9 referam 𝔄 H O, referram (a *ex* e m 3) B, referre C, refferie A, referrem P (em *ex* am m 2), *ceteri* — 10 reliqueram > feceram P′. — 11 obtabam B A H O″, optabam (p *ex* b m 2) P. — 14 quid a. v. m. vitae superstes > P. — 15 exsors P C 𝔄 L O. — 15 cupio C H. — 16 referam (re in *ras.* feram *s. v.* m 2) B. — 18 requires C (-es *ex* -is) 𝔄, (r. *alter. s. v.*) H. — 18 cum etiam A; etiam cum (cum *s. v.*) C. — 19 nostrum magis P. — 20 prohibeant (n. *s. v.*) A. — 21 prodere B P O, prȯdire (i *ex* e) P′, pondere O′. — 21 prohibet C H A L O′. 22 flemus H. — 22 muneribus (meritis m 2) > meritis P. — 24 ad B *et* (at *corr.*) 𝔄, an (n *ex correct.*) A, aut P H O. — 24 ut nobis H A, nobis ut nobis C. — 24 (*eras.*) istius P′. — 24 minuis C H 𝔄 O″, minuas A.

acerbitatem. Non habeo quod timeam, qui timebam tibi, non habeo quod mihi iam mundus eripiat. Etsi sancta supersit soror, integritate venerabilis, aequalis moribus, non inpar officiis, tibi tamen ambo plus timebamus, in te vitae huius iucunditatem repositam putabamus. Propter te vivere delectabat, propter te non pigebat mori; te enim ambo superstitem precabamur, tibi nos supervivere non iuvabat. Quando non coartavit animus, cum metus huius modi titillaret? Quomodo consternata mens erat aegritudinis tuae nuntio?

17. Vae miserae opinioni! Putabamus redditum quem videmus dilatum; tuis enim votis apud sanctum martyrem Laurentium inpetratum esse nunc cognoscimus commeatum. Atque utinam non solum commeatum, sed etiam prolixum vitae tempus rogasses! Potuisti annos plurimos inpetrare vivendi, qui potuisti commeatum inpetrare veniendi. Equidem tibi, omnipotens aeterne deus, gratias ago quod vel haec nobis suprema solacia non negasti, quod amantissimi fratris ex Siculis Africanisve regionibus exoptatum nobis reditum contulisti; ita enim mature, postquam venit, ereptus est, quasi propter hoc solum videretur esse dilatus, ut ad fratres rediret.

18. Habeo plane pignus meum, quod nulla mihi peregrinatio iam possit avellere, habeo quas conplectar reliquias,

1 acerbitatem B (b *ex* v m 1), (b ex v m 2) P. — 4 plus *in marg.* P′. — 23 vitae > P′. — 5 iucunditatem B, iocunditatem *ceteri*. — 5 te *ex* ea m 2 P. — 7 semper (*s.* super) vivere H, vivere P. — 8 cohartavit B O *et* (h *eras.*) P, coartavit P′ L, coartavit se O′, cohoruit H. et (co *s. v.*) C 𝔄, ehorruit (h *eras.*) A, corruit O″. — 12 tuis *in ras.* P′. — 12 martyrem > P′. — 13 esse > C. — 13 commeatum > 𝔄. — 16 qui . . . veniendi > H. — 16 vivendi > veniendi C O″ *et* (*corr.* m 2) P. — 16 Et quidem > equidem C A O′ O″. — 18 supprema B P P′. — 21 delatus P′ L, dilatatus O′. — 23 habeo—avellere > A. — 23 habeo + enim L, habeo enim sane pignus O″. — 24 posita vellere P, *corr.* 𝔄. posita velleret (*in marg.* possit avellere) C.

habeo tumulum, quem corpore tegam, habeo sepulcrum, super quod iaceam; et commendabiliorem deo futurum esse me credam, quod supra sancti corporis ossa requiescam. Utinam sic potuissem adversus mortem quoque tuam meum corpus obicere! Si gladiis petitus esses, me pro te potius subfigendum dedissem, si exeuntem potuissem revocare animam, meam potius obtulissem.

19. Nihil mihi profuit ultimos hausisse anhelitus, nihil flatus meos inspirasse morienti; putabam enim quod aut tuam mortem ipse susciperem, aut meam vitam in te ipse transfunderem. O infelicia illa, sed tamen dulcia suprema osculorum pignora! O amplexus miseri, inter quos exanimum corpus obriguit, halitus supremus evanuit! Stringebam quidem brachia, sed iam perdideram quem tenebam et extremum

2 et C H A O″ 𝔄. > *ceteri.* — 2 commendabilioremque me esse C L O′. — 5 obiecere B *et* (e *prim. eras.*) P. — 6 subfigendum H, subrigendum B P P′ L O, surrigendum O′, suffigendum *ceteri.* — 6 animam revocare C. — 7 optulissem C O′ *et* (ob *correx.*) O. — 8 hannilitus (e *s.* i *prim.* m 3) B, hanelitus (h *eras.*) P, anhelitus *ceteri.* — 9 flatus (a *ex* e) C. — 9 meus B (o *s.* u m 3) P, mōs A, in os O′. — 10 susciperem ipse C. — 11 infelicia (e *ex* i m 3) B. — 12 osculorum (s *s.* v.) P, oculorum O″. — 14 quod > quem C. — 14 tenebam et *in ras.* P′.

1 habeo tumulum: econtra Seneca dial. 6 (ad. Marc. de consol.) 25, 1 Proinde non est quod ad sepulcrum filii tui curras; pessima eius et ipsi molestissima istic iacent ossa cineresque non magis illius partes quam vestes aliaque tegimenta corporum. — 8–14 ultimos hausisse anhelitus: Ad rem Quinctil. Jnst 6 praef. 12. tuosne ego, o meae spes inanes habentis oculos, tuum fugientem spiritum vidi? Tuum corpus frigidum, exsangue complexus animam recipere auramque communem haurire amplius potui dignus his cruciatibus, quos fero, dignus his cogitationibus? — Consolat. ad Liv. (Ed. Baehrens 1, 104 ss.) v. 97. Non animam apposito fugientem excepit hiatu v. 158 Sospite te saltem moriar, Nero, tu mea condas Lumina et excipias hanc animam ore pio. — Vergil, Aen 4, 684 Abluam et, extremus si quis super halitus errat, ore legam. cf. Plin. h. n. 9. 16. — Plaut. Epid. 205; Merc. 601. — Senec. dial. 6 (ad Marc. de consol. 3, 2). Non licuerat matri ultima filii oscula gratumque extremi sermonem

spiritum ore relegebam, ut consortium mortis haurirem. Sed nescio qomodo vitalis ille mihi halitus factus est et maiorem gratiam in ipsa morte redolebat. Atque utinam si tuam nequivi meo spiritu vitam producere vel ultimi anhelitus tui vigor transfundi potuisset in meam mentem et illam tui animi puritatem atque innocentiam noster spiraret affectus! Hanc mihi hereditatem, frater carissime, reliquisses, quae non lacrimabili dolore percuteret adfectum, sed memorabili gratia commendaret heredem.

20. Quid igitur nunc agam, cum omnis vitae istius suavitates, cuncta solacia, cuncta denique ornamenta amiserim? Tu enim mihi unus eras domi solacio, foris decori, tu, inquam, in consiliis arbiter, curae particeps, deprecator sollicitudinis, depulsor maeroris, tu meorum adsertor actuum cogitationumque defensor, tu postremo unus, in quo domestica sollicitudo resideret, publica cura requiesceret. Testor sanctam animam tuam, me in fabricis ecclesiae id saepe veritum esse, ne displicerem tibi. Denique ubi redisti, obiurgasti moram, ita domi forisque eruditor quidam et arbiter sacerdotis, ut domestica cogitare non sineres, publica curare censeres, ut non

1 relegebam C A L O″, relegebam (i *s.* e. *alter.* m 3) B, religebam H 𝔄 *et* (a *s.* e *alter.* m 2) O′, religabam *ceteri.* — 2 ille mihi vitalis A. — 2 halitus (h. *s. v.*) P′, alitus H, habitus A, hanelitus L. — 3 maiore P. — 3 redolebat C H A 𝔄, redolebam P (re *s. v.* m 2) *ceteri.* — 4 ultimi (l *s. v.*) B. — 4 hanelitus B L O′, haelitus (h *eras.*) P, anhelitus P′ (h. *s. v.*) *ceteri.* — 5 in illam B (in *s. v.* m 2) P P′ L O O′. — 6 speraret C. — 7 hereditatem (m *eras.*) P′. — 8 dolore-memorabili > 𝔄. — 8 asspectum > adfectum C, aspectum H O″, affectūs (s. *eras*) A. — 10 omnes P (i *s.* e m 2) H A 𝔄 O″. — 10 suavitatis P, suavitatem P′. — 12 domi *eras.* H. — 12 enim quam (v *s* e m 2, *et s.* m 2, *et s.* m 2 cū) P. — 13 depraecator B P H 𝔄 P′ L O O″, ademptor A — 16 sanctam C H A 𝔄 O″, in sanctam *ceteri.* — 17 publicis > fabricis H. — 18 rediisti (i *alter. s. v.*) 𝔄. — 18 morā (ā *ex* ē) C. — 20 curare (iurare m 2) P. 20 censeris B (-es m 3) P, (-es m 2).

oris haurire Cic. Verr. 7. 45. Matres ab extremo compleru liberorum exclusae, quae nihil aliud orabant, nisiut filiorum extremum spiritum ore excipere sibi liceret.

verear, ne videar adroganter dicere; haec enim laudis tuae portio est, quia sine offensione ulla et gubernasti fratris domum et commendasti sacerdotium.

21. Sentio equidem quod repetendis officiis tuis, recensendisque virtutibus adficiatur animus, sed tamen in ipsa mei adfectione requiesco, atque hae mihi recordationes etsi dolorem renovant, tamen voluptatem adferunt. An ego possum aut non cogitare de te aut umquam sine lacrimis cogitare? Et potero umquam aut tanti non meminisse fratris aut sine lacrimabili quadam meminisse gratia? Quid enim mihi umquam iucundum, quod non esset ex te profectum? Quid, inquam, mihi sine te aut tibi umquam sine me voluptati fuit? Quis non usus nobis et prope visus ipsè, somnusque communis? Quae discreta umquam voluntas, quod non commune vestigium? vere ut cum gradum tollerem, vel tu meum vel ego tuum corpus videremur adtollere?

22. Quod si quando sine altero prodeundum fuit, intectum latus putares, adfectum vultum cerneres, maestum animum iudicares: non adsueta gratia, non vigor solitus praenitebat, suspecta omnibus solitudo metum alicuius aegritudinis adferebat: ita novum videbatur omnibus nos dividi! Ego certe fraternae oblitus absentiae quasi praesentem

1 videar m 2 *ex* videret P. — 1 adroganter (n *s. v.*) B. — 1 laudis (i *ex* e m 2) B. — 3 commendasti + ubi (tibi m 2) P, tibi O. — 4 repetendis (s. *s. v.*) B, in repetendis A. — 5 adiciatur B. — 7 voluntatem A. — 8 aut > H. — 8 sine lacrimis — meminisse fratris aut > 𝔄. — 11 iucundum B, iocundum *ceteri*, unquam īocundum *in rasura maioris spatii* P. — 12 mihi inquam C. — 12 voluptatis 𝔄. — 14 voluntas (n *ex* m) B. — 15 vere (f. *s.* v m 2) P, fere H. — 16 tuum corpus P. — 16 videremur C H A 𝔄 O″, viderer P, (r *alter. s. v.* m2) L, viderem P′, videre B O O′. — 19 iudicaris B. — 19 adsueta gra ia non C (gratia *s. v.*) H A 𝔄 O″ ad sanctam gratiam *ceteri*. — 20 pænitebat B, penitebat P L O′, penitebat (d *s.* it m 2) O, renitebat P′ — 21 nos H A O″, nobis 𝔄, > C, non > nos *ceteri*. — 32 fraternae oblitus absentiae] absentiae inpaciens (impatiens H) C (*add.* vel immemor) ** te. me *s. v.*), H (*add.* vel ñ (ñ *s. v.*) immemor)

6 etsi dolorem renovant: cf. Verg. Aen. 2. 3. Infandum, regina, iubes renovare dolorem.

reflexa saepius cervice quaerebam, et coram alloqui atque aspicere videbar mihi, sed tamquam suspensum collo iugum, ubi speratis excideram, trahere me putabam, difficilis progredi, verecundus videri et redire deproperans, quod sine te procedere non liberet.

23. At vero ubi ambobus prodeundum fuit, non plura in itinere vestigia quam verba nec incessus quam sermo crebrior nec ambulandi cura, sed conloquendi gratia; uterque enim nostrum ex alterius ore pendebat. Non intento aspectu legere iter, mutuo sollicitos excipere sermones, haurire oculorum gratiam et spirare fraternae imaginis voluptatem. Quam virtutes tuas tacitus mecum ipse mirabar, quam plaudebam mihi quod tali me dominus fratre donaverat, tam pudico, tam efficaci, tam innocenti, tam simplici; ut cum tuam innocentiam cogitarem, efficaciam desperarem, cum efficaciam cernerem, innocentiam non putarem! Sed utrumque mira quadam virtute iungebas.

24. Denique ea quae ambo nequiveramus concludere, solus implesti. Plaudebat sibi, ut audio, Prosper, quod sacerdotii mei occasione redditurum se quae abstulerat non putabat, sed vehementiorem tuam unius efficaciam expertus

2 aspicere (a *s. v.* m 3) B. — 4 verecundius P′. — 4 properans > deproperans A O″. — 5 procedere *in marg.* m 2 P. — 6 ad > at B. — 9 aspecto (v *s. o.*) C. — 10 iterum > iter P P′ L O′. — 10 iter + sed C H A 𝔄, ter set O″. — 10 mutuo sollicitos C H A 𝔄, mutuo sollicitus O″, mutuos (in mutuos O) sollicitus *ceteri.* — 10 excępere (i *s.* ę m 3) B. — 11 *Cum Schenkelio* scripsi: et spirare, et > C H 𝔄 O″, aspirare A, sed spirare *ceteri.* — 11 volumtatem B, voluntate P P′ L *et* (n *corr.*) O, voluptate O′, voluptates O″. — 11 quas > quam C H 𝔄. — 13 fratre dominus L. — 14 innocentie B, innocente P P′ L > innocenti. — 14 siplici B, sinplici C. — 15 disperarem B et (*corr.* m 2) P. — 15 desperarem—innocentiam > 𝔄. — 19 audio (i *s. v.*) B. — 20 occansione (n *expunct.*) B, (n *eras.*) P. — 20 quae C H O″, quę (uę *s. v.*) 𝔄, qui A, quem *ceteri.* — 21 verum > sed A.

9 ex alterius ore pendebat: Vergil. Aen. 4 79 Exposcit, pendet iterum narrantis ab ore; Ovid. Heroid. 1 30. Narrantis coniux pendet ab ore viri.

est, quam duorum. Itaque solvit omnia, nec moderationi ingratus tuae, nec inludens pudori, sed et modestiae gratus, nec insolens efficaciae. Sed cui, frater, illa quaesisti? Nos enim idem volebamus laborum tuorum esse praemium, quod documentum erat. Peregisti omnia et, ubi perfunctus omnibus revertisti, tu solus nobis, qui omnibus es praeferendus, eriperis, quasi ideo mortem distuleris, ut consummares pietatis officium, palmam efficaciae reportares.

25. Quam nec ipsi nos, frater carissime, saeculi hujus delectabant honores, quod nos a nobis invicem dividebant! Quos ideo adepti sumus, non quia eorum fuit expetenda perceptio, sed ne vilis dissimulatio videretur. Aut fortasse ideo sunt tributi, ut quia immaturo tui obitu nostrae futurus eras voluptatis occasus, sine nobis iam vivere disceremus.

26. Equidem praesagae mentis agnosco formidinem, dum repeto saepe quae scripserim. Revocabam te, frater, ne ipse Africam peteres ac potius aliquem destinares, timebam te committere viae, fluctibus credere, et solito metus maior incesserat animum; sed et peregrinationem explicuisti et rem ordinasti et veteri et sentinoso, ut audio, navigio iterum te fluctibus credidisti. Namque dum celeritatem aucuparis, cautelam praetermisisti avidus nostrae gratiae, dissimulans periculi tui.

5 perlegisti et ubi P′. — 5 perfunctus (i s. u. *alter.* m 3) B, perfunctis O. — 7 eripies (eriperis m 2) P. — 7 destularis B (dis- m 3) P, (s *prim. expunxit* m 2). — 7 consummares (e *ex* i m 3) B, (e *ex* i m 2) P, (-res *in rasura* m 2) O′, consummaris 𝔄, consūmares (a *ex* e m 2) C — 9 ipse (-i m 3) 𝔄, ipsius frater P. — 10 quos (*s.* quod) C, quod (ue *s.* uod) A. — 11 fuit eorum C H. — 11 expetenda C H A, expectanda *ceteri.* — 13 quia īmaturo H, quia maturo C A 𝔄 O″, quia amator B O′ (*et* m 1) P, quia maior (m 2) P′ O, quia maturiori L. — 13 obitus (s *s. u.* m 3) B. — 16 Et quidem C A P′. — 17 scribserim B 𝔄. — 17 ipsi C. — 18 affricam C A L O O′. — 18 peteris (-res m 3) B. — 19 fluctibus credere animum > C H. — 21 et veteri sentinoso C. — 22 cum > dum O. — 22 aucuparis (-es m 3) B. — 23 uvidus (a *s.* u *prim.* m 2) B.

27. O fallax laetitia! o incerta humanarum rerum curricula! Ex Africa redditum, ex mari restitutum, ex naufragio servatum, putabamus iam nobis non posse eripi. Sed graviora naufragia in terris positi sustinemus; nam quem non potuerunt naufragia maris ad mortem deducere, strenuis natatibus evitata, eius mors coepit nobis esse naufragio. Quid enim superest suavitatis, quibus tam praedulce decus, tam clarum in his mundi tenebris lumen extinctum est: in quo non nostrae solum familiae, sed totius patriae decus occidit?

28. Habeo sane vobis, fratres dilectissimi, plebs sancta, maximam gratiam, quod non alium dolorem meum quam vestrum putatis, quod vobis accidisse hanc nostri creditis solitudinem, quod fletum totius civitatis, aetatum omnium, omnium ordinum nova quadam pietate defertis. Non enim misericordiae privatae dolor, sed quoddam publicae officium et munus est gratiae aut, si qua vos mei tangit misericordia, quod talem fratrem amiserim, habeo fructum uberem, habeo vestri pignus affectus. Mallem fratrem viventem, sed tamen publicum officium in secundis rebus iucundius est, in adversis gratius.

1 O > C. — 1 humanarum (-rum *s. v.* m 2) P′. — 2 reditum 𝔄 O′. — 3 reservatum P 𝔄 P′ O′. — 5 poterunt C. — 8 carum *mss, edit. Paris.* a. 1642 clarum. — 12 dolorem meum B. — 14 sollicitudinem 𝔄 O″. — 14 quā > quod C. — 14 etatis *eras.* 𝔄. — 14 omnium *(addit m 2 in versu extremo)* P. — 15 et omnium ordinum P′ O′, ordinum (*s.* omnium) C, ordinum (> omnium) A 𝔄. — 15 difertis (*corr.* m 3) B, differtis L. — 17 munus gratiae L. — 17 tanget O′, tangit (m 2) P P′. — 19 fratre vivente C A, fratrem vivere H. — 20 iucundiusB, iocundius *ceteri.*

7 praedulce decus: Verg. Aen. 11, 155 haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis Et praedulce decus primo certamine posset. Cf. Hor. c. 1. 1. 2. — 7 decus-lumen cf. Cic. Phil. 2. 54. Cn. Pompeium quod imperii populi Romani decus ac lumen fuit. — Senec. dial. (consol. ad Marc.) 17. iam matri praesidium et decus amittere. — 7 clarum lumen: Lucr. 3. 1. Ex tenebris tantis tam clarum extollere lumen. — Cf. Cic. Sulla 40; pro re Deiot. 15.

29. Neque vero mihi mediocre meritum tanti videtur officii. Neque enim otiose vel in Actibus apostolorum Tabitha mortua flentes viduae describuntur, vel in evangelio mota lacrimis viduae prosequens turba funus adulescentis inducitur, cui resurrectio debebatur; illam tamen Tabitham viduae, hunc tota civitas flevit. Non ergo dubium est vestris lacrimis apostolorum patrocinium comparari: non, inquam, dubium est Christum misericordia motum, cum vos flentes videret. Etsi nunc non tetigit loculum, suscepit tamen commendatum spiritum: etsi non appellavit corporis voce defunctum, divinae tamen potestatis auctoritate a cruciatibus mortis et a nequitiae incursionibus eius animam liberavit: etsi non resedit in loculo, qui erat mortuus, tamen requievit in Christo: etsi non locutus est nobis, tamen ea qua supra nos sunt cernit et quae potiora sunt nobis iam se videre laetatur. Per ea enim quae in evangelio legimus, quae futura sunt intellegimus, et praesentium species indicium futurorum est.

30. Non opus fuit ei resurrectio temporalis, cui aeterna debetur. Quid enim in hanc miseram et aerumnosissimam recideret labem atque in hanc flebilem vitam rediret quem raptum magis esse ex tam imminentibus malis urgentibusque periculis gaudere debemus? Nam si pacato saeculo bellisque cessantibus, raptum Enoch nemo deflevit, sed magis

2 Act. 9. 36. — 5 Luc. 7. 12.

2 tabita C, thabitha A, thabitha A 𝔄, thabithā (*in quo* mortuam) O″. — 5 indicitor A. — 6 est > 𝔄. — 9 non tegit (non teg *in ras.*) C, non contigit P′ O′. — 10 spiritum C H A 𝔄 O″, *omitt. ceteri.* — 10 voce corporis H L O″. — 11 tamen divinae 𝔄 O′. — 12 et nequitiae A H P′, a nequitiae (a *s. v.*) O′. — 12 spiritalis nequiciae L. — 15 supra nos cernit L O′ O″. — 16 propterea > per ea P. — 17 intellegamus B, intellegaemus P. — 17 indicium > C. — 19 corporalis > temporalis L. — 20 aerumnosam H. — 22 urguentibusque P C A, atque ingentibus O″. — 23 $CA^{\text{υδε}}_{R}$ E (A *in rasur.*, υδε scrips. m 2) > gaudere B. — 23 pacato. (a *alter. s. v.* m 2) B P, pẹçcato 𝔄, (a *s.* ẹç) O″, pacto (a *s.* o m 2) P′. — 24 enoc L O″, enohc H, in hoc O, hunc A.

propheta laudavit, sicut de illo scriptura dixit: *Raptus est, ne malitia mutaret cor ejus*, quanto magis nunc iure dicendum est, cum ad saeculi lubricum vitae accedat ambiguum. Raptus est, ne in manus incideret barbarorum: raptus est, ne totius orbis excidia, mundi finem, propinquorum funera, civium mortes, postremo ne sanctarum virginum atque viduarum, quod omni morte acerbius est, conluvionem videret.

31. Ego vero te, frater, cum vitae tuae flore tum mortis commoditate beatum arbitror. Non enim nobis ereptus es, sed periculis, non vitam amisisti, sed ingruentium acerbitatum formidine caruisti. Nam qua eras sanctae mentis, misericordia in tuos, si nunc urgeri Italiam tam propinquo hoste cognosceres, quantum ingemisceres, quam doleres in Alpium vallo summam nostrae salutis consistere lignorumque concaedibus construi murum pudoris! Qua afflictione maereres tam tenui ab hoste discrimine tuos esse, ab hoste impuro atque crudeli, qui nec pudicitiae parceret, nec saluti!

32. Quonam, inquam, haec modo ferres, quae nos per-

1 Sap. 4. 11.

1 profeta B. — 1 sicut (cut *s. v.* m 3) 𝔄, sic B O, sed C. — 1 scribtura B A, scriptura de illo L. — 2 quanto (n. *s. v.*) B. — 2 nun B, non P O, nuncius edicendus est 𝔄. — 3 ad H O″ A, et (d *s. v.*) C, ab 𝔄, hoc P O, ob *ceteri*. — 4 in (*s. v.* m 3) 𝔄, > C H A. — 6 ne postremo C H A 𝔄 O″. — 8 enim > vero C H. — 8 florem B, (m *expunct.*) P, (m *eras.*) 𝔄. — 8 tū 𝔄, (*ex* tuū) O, te (t *in ras.*) P′ O′ L. — 10 acerbitatum (b *ex* v) B A, acerbitatū (v ex ē) P′. — 11 formidinem B, formidinē (e *ex* ē) 𝔄. — 11 qua eras (*ex* quaeras m 2) A, quae (*s.* vel qui) eras *ceteri*. — 11 sanctae > A. — 12 nunc (*ex* non m 2) P′. — 12 urgueri (i *in rasur. ex* e) P; (u *alter* expunx. m 2) 𝔄. — 13 ingemesceres P. (*corr.* m 2) P′. — 13 dolores (doleres in marg. m 2) P. — 14 salutis (u *s. v.*) P. — 15 concedibus C H A 𝔄, ēcidibus O″, congeriebus L, congeribus (*corr.* congerie) P′ *ceteri*. — 16 maereris B, mereris P (-es m 2) 𝔄. — 16 in tanto teneri discrimine tuos ab hoste . . H. — 16 discrimine > C. — 16 esse ab > H. — 17 crudeli (*ex* creduli m 2) P. — 18 hoc > haec B P L O O′.

8 Ego vero te frater: Cic. de orat. (3. 3. 12). Ego te Crasse, cum vitae flore tum mortis opportunitate divino consilio et ortum et extinctum arbitror.

peti et fortasse, quod gravius est, spectare cogemur, rapi virgines, et avulsos a conplexu parentum parvos liberos supra tela iactari, incestari sacrata Deo corpora, et senilem viduae maturioris uterum in usus desuetos onerum redire, non pignorum? Quonam, inquam, modo ista tolerares, qui etiam ultimo spiritu, tui iam fortasse oblitus et adhuc nostri non immemor, de cavenda incursione barbarorum nos saepius admonebas commemorans non frustra te dixisse fugiendum, fortasse ideo quod nos destitui tua morte cernebas. Quod non infirmitate animi, sed pietate faciebas, etsi infirmus pro nobis tamen firmus tibi, qui cum a viro nobili revocareris Symmacho tuo parente, quod ardere bello Italia diceretur, quod in periculum tenderes, quod in hostem incurreres, respondisti hanc ipsam tibi causam esse veniendi, ne nostro deesses periculo, ut consortem te fraterni discriminis exhiberes.

33. Felix igitur tam opportuno obitu, quia non est in hunc servatus dolorem, certe felicior quam sancta soror, quae tuo solacio destituta, de suo pudore sollicita, duobus nuper beata germanis, nunc ex duobus fratribus aerumnosa, neque alterum sequi potest neque alterum derelinquere, cui tumu-

1 cogimur 𝔄 O O′ O″. — 2 conspectu > conplexu 𝔄 O″. — 3 incestari > A. — 4 desuetos (i *s.* e *prim.*) B, dissuetos L, desuetos (us *corr. in* os) C 𝔄. — 4 ñ redire pignorum 𝔄. — 6 ultimọ (i *s.* o) B. — 6 spiritui O′. — 6 tui > P L O O′. — 6 fortasses (-is m 2) P O, fortassis C H A 𝔄 P′ O″. — 6 et > 𝔄. — 11 revocareris P. (ca *s. v.* m 2) 𝔄, revocarere H A. — 13 im periculum (corr. in) A. — 12 tenderis (-es m 3) P. — 14 causam tibi C O′. — 14 esse (*suprascripsit* m 2) P. — 15 periculi vel discriminis A. — 15 exiberis (-es m 3) B. — 18 cservatus (c *eras.*) in hunc P′.

1 rapi virgines: Sallust. Cat. 51. 9. rapi virgines, pueros, divelli liberos a parentum conplexu, matres familiarum pati quae victoribus conlubuissent. — 17 quia non est in hunc servatus dolorem: Verg. Aen. 11. 159 tuque o sanctissima coniux Felix morte tua, neque in hunc servata dolorem. cf. Tac. Agric. 45. 4 Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate sed etiam opportunitate mortis. — 21 cui tumulus hospitium tuus: cf. c. 78 Para hospitii consortium.

lus hospitium tuus et corporis tui sepulcrum est domus. Atque utinam vel hoc tutum diversorium! *Cibus in fletibus, potus in lacrimis.* Cibum etenim dedisti nobis panem lacrimarum et potum dedisti nobis in lacrimis in mensura, aut fortasse ultra mensuram.

34. Nam quid de me loquar, cui neque mori licet, ne sororem relinquam, neque vivere libet, ne a te avellar? Quid enim mihi sine te potest esse iucundum, in quo omnis semper fuit nostra iucunditas? Aut quid diutius in hac vita degere iuvat atque in terris morari, in quibus tamdiu iucunde viximus, quamdiu simul viximus? Etsi esset quod hic delectare posset, sine te delectare non posset, et, si quando voluissemus impense vitam producere, iam tamen sine te esse nollemus.

35. Hae intolerabilia. Quid enim tolerabile sine tanto vitae comite, tanto laborum meorum officiorumque consorte? Cujus ego casum quo esset tolerabilior, nec praemeditari potui ita pavebat animus de illo tale aliquid cogitare, non quo condicionem ignorarem, sed quidam votorum usus sensum communis fragilitatis obduxerat, ut de illo nisi secunda omnia cogitare nescirem.

36. Denique proxime cum gravi quodam atque utinam supremo urgerer occasu, hoc solum dolebam, quod non ipse

2 ps. 79. 6. — 15 cf. Genes. 18. 10. 14; 2 Reg. 4. 16.

3 cibasti enim nos pane lacrimarum et potasti nos in A. — 4 mensurā H L. — 6 neq. emori 𝔄. — 7 avellar A O'', revellar C H 𝔄, evellar *ceteri.* — 8 iucundum B, iocundum *ceteri.* — 9 nostra semper fuit P'. — 9 iucunditas B, iocunditas ceteri — 9 degere (e *prim. ex* i m 3) B. — 10 iucunde B, iocunde *ceteri.* — 11 delectare (-ri m 2) P P'. — 12 delectare nos posset H A 𝔄 O'', noṇ (*s.* nos) posset C. — 12 delectare (-ri m 2) P, delectari O'. — 12 possit > posset B (*et correx.* m 1) O (et m 2) P. — 13 nollemus (l *prim.* s. v.) P 𝔄. — 15 quid ñ (ñ *s. v.*), enim > A. — 16 tollerabile (l *prim. eras.*) A, intolerabilius (in *s. v.*) 𝔄. — 19 coñmunis B. — 19 secundaṃ (ṃ *delev.* m 2) P. — 22 suppremo B. — 22 urguerer A O. — 22 occasum (m *eras.*) A 𝔄.

6 cui neque: Sallust. Jug. 14. 24 Nunc neque vivere lubet neque mori licet. — 13 vitam producere: cf. Plaut. Trin. 340. Lactant. Inst. div. 4. 11 7 (C. SS. E. 19. 520). Cic. Brut. 60.

adsideres lectulo ac votivum mihi cum sancta sorore partitus officium morientis oculos digitis tuis clauderes. Quid optaveram? Quid rependo? Quae vota deficiunt? Quae ministeria succedunt? Aliud praeparabam, aliud exhibere conpellor, non iam ipse ministerium funeris, sed minister. O dura oculorum lumina, quae potuistis fratrem videre morientem! O inmites et asperae manus, quae clausistis oculos, in quibus plus videbam! O durior cervix, quae tam lugubre onus, consolabili licet obsequio, gestare potuisti.

37. Haec tu, frater, mihi iustius exhiberes. Haec ego a te exspectabam, haec ego officia desiderabam. Nunc vero ipse meae vitae superstes, quod sine te solacium capiam, qui solus maerentem solari solebas, excitare laetitiam, maestitudinem propulsare? Qualem te nunc ego, frater aspicio, iam nulla mihi verba referentem, iam nulla offerentem oscula? Quamquam ita mutuus semper utrique nostrum insederit amor, ut interiore potius foveretur adfectu, quam forensi blanditia divulgaretur; neque enim aliorum quaerebamus testimonium, qui tantam nostri gratiam tenebamus. Ita virilis se utrique nostrum germanitatis succus infuderat, ut non blanditiis probare amorem, sed conscia mente pietatis interno amore contenti, fucum blanditiarum non requirere videremur, quos et ipsa in amorem mutuum imago

1 adsederes B, (i *s.* e. *prim.*) P (*corr.* m 2) O, (e *prim.* *ex.* i) P′, adsedere 𝔄. — 2 digitis (-is *ex* us) B. — 2 obtaveram B O″. — 4 aliut B. — 4 praeparaveram 𝔄. — 4 aliut B O″. — 7 inmitis C, (-es *corr.*) 𝔄. — 7 clausisti B, (-is m 2) P. — 8 videbā (ā *ex* ē) plus C. — 9 consolabili (o *alter.* ex v) B. — 10 iustius (i *alter.* *s.* *v.*) B. — 11 ego a te officia H. — 12 vitae meae A. — 13 consolari H. — 13 solebas (e *in ras.*) B. — 13 maesticiam C H 𝔄 L. — 14 nunc te C. — 14 qualem te ergo nunc fratrem A. — 14 aspiciā A (-io *corr.*) P′. — 16 insederit (insideret m 3) B. — 17 aspectu > adfectu A. — 19 testimoniŭ (ṽ *ex* a) P. — 21 conscientia teste C (teste s. v. *in marg. al.* mente, *idem post* pietate *addit* mente *sed delevit.*) H A. — 22 sucum C, succum L, > A. — 24 qua enim 𝔄 O, quę ñri P′ O′, quam L.

formaret; nescio qua enim expressione mentis, quam corporis similitudine alter in altero videbamur.

38. Quis te aspexit, qui non me visum putaret? Quotiens aliquos salutavi, qui quoniam te prius consalutaverant, se a me iam dicerent salutatos? Quanti tibi dixerunt aliquid, qui se mihi dixisse memorarent? Quae mihi hinc gaudia, quanta frequenter oborta laetitia, quod eos errare in nobis cernerem! Quam gratus error, quam iucunda prolapsio, quam religiosa fallacia, quam suavis calumnia! Neque enim de tuis erat aliquid aut factis aut sermonibus, quod timerem, qui mihi tua laetabar adscribi.

39. Tamen si vehementius tenderent, quod se mihi aliquid intimasse memorarent, respondebam ridens et gaudens: Videte ne fratri dixeritis. Nam cum omnia nobis essent nostra communia, individuus spiritus, individuus affectus, solum tamen commune non erat secretum amicorum, non quo conferendi periculum vereremur, sed tenendi servaremus fidem. Sane si consilio pendenda res esset, erat semper commune consilium, non semper commune secretum. Nam etsi amici alteri nostrum dicerent, ut dicta sua ad alterum pervenirent, tamen scio plerumque conplacito ita fidem secreti esse servatam, ut nec fratri committeretur. Erat enim fidele indicium et extraneo non esse proditum quod non esset cum fratre conlatum.

1 expressione (-ne *in marg.* m 3) B, (ne s. re m 2) O, expressionem (m *eras.*) P P′ L O′, expressione *ceteri.* — 1 qua corporis H A 𝔄 P′ O′, atque corporis O. — 2 similitudinem B P′ L O′, sollicitudine (e *ex* ē) O. — 4 salutaverant H. — 8 iucunda B, iocunda *ceteri.* — 11 adscribtamen (nam *s.* men) 𝔄. — 12 contenderent C H A. — 13 respondebat (m *s.* t m 2) P, respondebāt (t *eras.*) O″, respondebam C H A 𝔄 P′ O. — 14 nostra essent P′. — 15 spiritus, individuus > 𝔄. — 16 amicorum secretum 𝔄. — 19 etsi (et *s. v.*) P. — 20 ita alteri C H A. — 20 alterutrum > alterum C H. — 21 scio (*s. v.*) H., sic A. — 21 conplacitum *codices* (*cum Schenkelio scripsi* conplacito).

8 quam gratus error: cf. Verg. Aen. 10, 392. quam gratus error; Hor. ep. 2. 2. 140. cui sic extorta voluptas Et demptus per vim mentis gratissimus error.

40. His igitur tantis ac talibus bonis in excessum quemdam, fateor, mentis elatus superstitem me timere desieram, quod illum vita crederem digniorem, et ideo excepi plagam, quam ferre non possum; tolerabiliora enim tanti doloris praemeditata, quam inexplorata vulnera. Quis jam maestum solabitur? Quis afflictum levabit? Cum quo participabo curas? Quis me ab istius mundi vindicabit usu? Tu enim actor negotiorum, censor servulorum, arbiter fratrum, non litis, sed pietatis arbiter.

41. Nam si quando aliquid cum sancta sorore mihi conferendum fuit, utra melior videretur sententia, te iudicem sumebamus, qui nullius laederes os, atque utrique satisfaceres. Et amandi affectum tenebas, et censendi modum, ut et utrumque gratum dimitteres et utriusque tibi gratiam vindicares. Aut si ipse aliquid disceptandum deferres, quam grata contentio tua! quam sine felle ipsa indignatio! quam servulis ipsis coercitio non amara, cum te fratribus magis

4 tolerabilia A P′. — 5 inexplorata A, explorata *ceteri.* — 6 consolabitur P. — 6 levavit 𝔄. — 7 usura 𝔄 — 8 auctor P C H A 𝔄 L O O′. — 21 utra C H O″, utraq. (q *eras.*) A, ultro O, ultra (l. expunct) B, (l. *eras.*) P; 𝔄 (*expunxit* ultra *et inscripsit* utrum) *ceteri.* — 12 nulli C A O″, nullius H A P′, nullum *ceteri.* — 12 laederes (os̄ C) C H A 𝔄 O O″, laederis (-es m 3) B, laederes *ceteri.* — 12 satisfacere + gestiens C H A 𝔄 O″. — 13 tenebas affectum H. — 14 dimitteres (dimitte *in rasur.*) B. — 15 sub se > si ipse C. — 15 deferres C H A 𝔄 O″, diferres O O′, differes (-es *ex* is m 3) B, *ceteri.* — 16 ipse (a *s.* e) 𝔄. — 16 indignatio + tua H. — 17 cohercitio A 𝔄 P′ L, cohertio O O″.

4 tolerabiliora: Ad rem Senca dial. 11. 5. 3 (Ad Helv. de consol.) illi me iusserunt stare adsidue velut in praesidio positum et omnis conatus fortunae et omnis impetus prospicere multo ante quam incurrant. Illis gravis est, quibus repentina est; facile eam sustinet, qui semper expectat. Cf. Senec. ep. 98. 7. Plutarch. Apoll. 21. ἀλλ'ἐγώ οὐκ ἤλπιζον, φησίν, τοῦτο πείσεσθαι οὐδὲ προσεδόκων. 'Αλλ' εχρῆν σε προσδοκᾶν καὶ προκατακεκρικέναι τῶν ἀνθρωπείων τὴν ἀδηλότητα καὶ οὐδενείαν καὶ οὐκ ἂν νῦν ἀπαράσκευος ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων ἐξαίφνης ἐπελθόντων ἐλήφθης. Cic. Tusc. 3. 16; 30. 50. 51. — nullius laedere os: Terent. Adelph. 864 nulli laedere os.

deferre, quam ex affectu disceres vindicare! Nobis enim professio repressit studia coercendi, immo tu, frater, ab omni nos abducebas coercitionis affectu vindicare pollicens, et lenire desiderans.

42. Non mediocris igitur prudentiae testimonium, quae ita a sapientibus definitur: Bonorum primum esse deum scire, et verum illud atque divinum pia mente venerari, illam amabilem et concupiscendam aeternae pulchritudinem veritatis tota mentis caritate diligere, secundum autem, in proximos a divino illo fonte atque caelesti naturae derivare pietatem, quod etiam mundi sapientes nostris hausere de legibus. Neque enim derivare ista in hominum disciplinas, nisi de caelesti illo divinae legis fonte potuissent.

43. Quid igitur observantiam eius erga dei cultum praedicem, qui priusquam perfectioribus esset initiatus mysteriis, in naufragio constitutus, cum ea qua veheretur navis scopuloso inlisa vado et urgentibus hinc atque inde fluctibus solveretur, non mortem metuens, sed ne vacuus mysterii exiret e vita quos initiatos esse cognoverat, ab his divinum illud fidelium sacramentum poposcit, non ut curiosos oculos

1 differre P′, diferre O′. — 1 ex > P. – 8 vindicari A. — 2 coercendi C H, cohercendi B (h *eras.* c *alter. s. v.* m 2) P. — 2 immo (o *in rasur.*), tu (*s. rasur* m 2) P, in motu L. — 2 frater > 𝔄. — 3 deducebas A. — 3 cohercitionis A 𝔄 P′ L O′, cohertionis O O″. — 4 lenire B, (i *s.* e *prim.*) P, linire O′. — 6 Omnium bonorum L (> definitur). — 7 et tunc > et verum A, et tu 𝔄. — 7 verum s͠ci (s͠ci *deletum*) H. — 10 a divino illo atque caelesti fonte naturae O O″, *omittunt ceteri*; fonte C H A 𝔄. — 10 derivare C H A P‘, (e *prim. ex* i m 2) O, dirivare *ceteri*. — 12 derivare (í *supra* e *prim.*) B, dirivare P P′ L O″. — 12 disciplinas potuissent P′ O′. — 13 fonte potuissent. — 13 potuissent (*s.* otui *rasura*) P, potassent P′ O′. — 14 cultum dei P′. — 16 in > P′. — 16 constitutus (tu *prim. s. v.*) B (tu *alter.* s. v. m 2) O′, constitus 𝔄. — 17 scopoloso 𝔄, in scopuloso P. — 17 inlisa (*eras.*) B. — 17 urguetibus A, urguentibus O.

5 c. 42. Cf. Ambros. de offic. ministr. 1. 24. 115, et de offic. 1. 25. 118 ss.

insereret arcanis, sed ut fidei suae consequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, et orarium involvit in collo, atque ita se deiecit in mare, non requirens de navis conpage resolutam tabulam, cui supernatans iuvaretur, quoniam fidei solius arma quaesierat. Itaque his se tectum atque munitum satis credens, alia auxilia non desideravit.

44. Simul fortitudinem ejus spectare licet, qui fatiscente remigio non quasi naufragus tabulam sumpserit, sed quasi fortis ex se ipso adminiculum suae virtutis adsumsperit. Nec deseruit spes nec fefellit opinio. Denique primus servatus ex undis et in portum terrenae stationis evectus praesulem suum, cui se crediderat, recognovit statimque, ubi etiam ceteros servulos suos vel ipse liberavit vel liberatos conperit, neglegens facultatum nec amissa desiderans dei ecclesiam requisivit, ut ageret gratias liberatus et mysteria aeterna cognosceret pronuntians nullum ad referendam gratiam maius esse officium. Quod si homini non referre, simile homicidio iudicatum est, non referre Deo quantum crimen est?

45. Est ergo prudentis agnoscere se ipsum et quemadmodum a sapientibus definitum est secundum naturam vi-

1 inserere arcanis B C, archanis A 𝔄, *ceteri.* — 2 ligari (i *ex* e) B P, largiri O′. — 2 oratio (r *s.* t) P, oratorio (to *cras*) A. — 4 resolutam (resoluta C) tabulam C H A 𝔄, resoluta (soluta O′) tabula *ceteri.* — 4 supernat ans (r *eras.*) iuvaretur P‘ superna transiuvaretur (va *s. v.*) P′. — 6 disideravit (*corr.* m 3) B. — 7 expectare A, (*corr.* m 2) O′. — 7 fatescente (e *prim. cx* i m 2) P′ O′. — 8 remigio (i *alter. s. v.*) P. — 8 supersederit > sumpserit L. — 9 amminiculum 𝔄 P L. — 12 ubi (*s.* m 2 vel cui) A. — 12 credederat (i *s.* e *alter.*) B. — 16 nullum referenda gratia C A 𝔄, referendę gratię H. — 17 referret B P P′ L, (t *eras.*) O. — 18 quantum crimen est non referre deo C H A, > 𝔄. — 20 prudentes (i s. e *alter.*) B, (-is m 2) P. — 20 cognoscere > agnoscere L.

20 agnoscere: Senec. dial. 6 (Ad Marc. de consol.) 11. 2. hoc iubet videlicet illa Pythicis oraculis adscripta vox: Nosce te. cf. Stobaeus, Florileg. (Ed. Meincke) 21 (1. 316 ss.) s. 12. 13. 16. 21. 22. 26. 27. 28. — B. 80 (3, 108) 14. — 21 secundum naturam vivere: ad rem Cicero, de Fin. 5, 9. 26. Ex quo intellegi debet homini

vere. Quid est enim tam secundum naturam quam referre auctori gratiam? Adspice caelum hoc, nonne auctori refert gratiam, cum videtur? *Caeli* enim *enarrant gloriam Dei, et opera eius adnuntiat firmamentum.* Mare ipsum cum sedatum atque tranquillum est, divinae serenitatis testatur indicium, cum movetur, indignatio superna terrori est. Nonne omnes dei gratiam iure miramur, cum advertimus quod insensibilis natura quadam sensibili ratione suos fluctus coerceat et fines suos unda cognoscat? Nam de terris quid loquar, quae divino oboedientes praecepto omnibus sponte animantibus pabulum subministrant atque id quod acceperint agri velut crescentibus usuris multiplicatum cumulatumque restituunt?

46. Ergo ille qui natura duce divini rationem operis igneo mentis vigore perceperat scivit primo omnium servatori suo gratiam esse referendam, sed quia referre non poterat,

id esse in bonis ultimum secundum naturam vivere. — Senec. de vit. beat. (dial 6. Ad Gallion). 8. 1. natura enim duce utendum est. Hanc ratio observat, hanc consulit. Idem est ergo beate vivere et secundum naturam. — cf. Sap. 15. 3. Nosse enim te consummata iustitia est, et scire iustitiam et veritatem tuam est radix immortalitatis. Cic. Tusc. 1. 53. — Senec. ad Lucil. Ep. 16. et Ep. 41.

3 ps. 18. 2.

1 enim est C H O'', est > L. — 1 referre (re *prim. s. v.*) B. — 2 actori <auctori A, victori 𝔄. — 3 ennarrant B. — 4 opera + manuum H A 𝔄 P' L O' O''. — 4 annuntiant C P', adnuntiant 𝔄. — 5 serenitatis divinae A. — 6 cum (u *ex* o m 2) movetur B, cōmovetur O'. — 6 supernae (e *alter. addidit* m 3) terroris (s *s. v.* m 3) B. — 7 gratiam dei A. — 7 iure mirantur *edidit* Schenkel. — 7 quia (quod m 2) A. — 8 coherceat (h *eras.*) P, coerceat C H P', choerceat O''. — 8 finis (m 1) B, fines (m 3) B *et ceteri.* — 10 oboedientis (-es m 3) B, (-es *corr.* m 1) L. — 10 papulum C. — 13 naturę (a *s.* ę) 𝔄. — 13 divinae (-ā m 3) A, — duce > P. — 13 dum > divini P'.

11 id quod acceperint: Cic. senect. 15. 51. Terra, quae numquam recusat imperium nec umquam sine usura reddit quod accepit, sed alias minore plerumque maiore fenore. — 14 igneo mentis vigore: cf. Verg. Aen. 6, 730 Igneus est ollis vigor et caelestis origo / Seminibus.

habere poterat. Est enim hujuscemodi gratiae vis, ut et cum refertur, habeatur et habendo referatur. Referebat igitur gratiam, deferebat fidem. Nam qui tantum mysterii caelestis involuti in orario praesidium fuisset expertus, quantum arbitrabatur, si ore sumeret et toto pectoris hauriret arcano? quam maius putabat fusum in viscera, quod tantum sibi tecto orario profuisset?

47. Sed non ita avidus ut esset incautus; scimus enim plerosque aviditate studii praetermittere cautionem. Advocavit ad se episcopum, nec ullam veram putavit nisi verae fidei gratiam percontatusque ex eo est utrumnam cum episcopis catholicis, hoc est cum Romana ecclesia conveniret? Et forte ad id locorum in schismate regionis illius ecclesia erat; Lucifer enim se a nostra tunc temporis communione diviserat, et quamquam pro fide exsulasset et fidei suae reliquisset haeredes; non putavit tamen fidem esse in schis-

1 graṭia vis 𝔄, gratia eius L O′. — 1 vis *adiunxit* m 2 P. — 2 habebatur (b *prim.* ex v, b *alter delet.*) P. — 4 involutū 𝔄. — 4 orariū (ū *corr.* in o) A. — 6 arcano B C, archano, (h *s. v.* m 3) A, (o ex ū) H *ceteri.* — 6 magis > maius P′ O′. — 7 tectum C H A O″. — 8 avidus + fuit H. — 8 ut > 𝔄. — 10 putabit (vit *corr.*) B P, putabat P′. — 10 verae C H A, > ceteri. — 11 percunctatusque B, (cunc m 3 *ex* con) A, (cunc *ex* con m 2) O, perconctatusque (c *alter. s. v.* m 2) P, percuntatusque L, perc̣ontatusque (v *s.* o m 2) O. — 12 hoc + hoc est cum episcopis catholicis P. *delev.* m 2. — 13 locorum C H A P′ 𝔄 O″, lucrum (*cui inscriptum* loci) P, locilucrum O′, lucrum *ceteri.* — 13 schismatae B, schismate P, (h *expunx.* m 2) O, scismate *ceteri.* — 15 exṣulasset A, exulasset (l *in ras.*) P C H A P′ O O′, exsultasset B O″, exultasset L. — 16 potavit (v *s.* o) B, potuit O″. — 16 schismatae B (a *alter. delev.*) P, schismate (h *expunx.* m 2) O, cismate O′, scismate *ceteri.*

1 Est enim huiuscemodi gratiae vis: Gellius 1. 4. Is Julianus super eo enthymemate, quod est in oratione M. Tulli, quem pro Cic. Plancio dixit (28, 68) ita existimavit, sed verba de quibus iudicium ab eo factum est, ipsa ponam: Quamquam dissimilis est pecuniae debitio et gratiae. Nam qui pecuniam dissolvit statim non habet id quod reddit, qui autem debet, is retinet alienum: gratiam autem et qui refert habet, et qui habet, in eo ipso quod habet, refert.

mate. Nam etsi fidem erga deum tenerent, tamen erga dei ecclesiam non tenere, cuius patiebantur velut quosdam artus dividi et membra lacerari. Etenim cum propter ecclesiam Christus passus sit et Christi corpus ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo fides, a quibus evacuatur eius passio corpusque distrahitur.

48. Itaque quamvis gratiae faenus teneret et metueret tanti nominis debitor navigare, tamen eo transire maluit, ubi tuto posset exsolvere; iudicabat enim divinae solutionem gratiae in affectu ac fide esse. Quam quidem statim ubi primum copia liberior ecclesiae fuit, implere non distulit, deique gratiam et accepit desideratam et servavit acceptam. Nihil igitur ea prudentia sapientius, quae divina et humana secernit.

49. Nam quid spectatam stipendiis forensibus eius facundiam loquar? Quam incredibili admiratione in auditorio praefecturae sublimis emicuit? Sed malo illa laudare quae perceptis mysteriis dei duxit humanis esse potiora.

50. Fortitudinem quoque eius si quis plenius spectare volet, consideret quotiens post naufragium invicto quodam contemptu vitae hujus maria transfretaverit diffusasque regiones obeundo peragrarit, postremo quod hoc ipso tempore periculum non refugerit, sed ad periculum venerit patiens

1 dei > 𝔄. — 2 tenebant A, tenerent *ceteri, cum Schenkl scripsi:* tenere. — 5 exhiberi + a (*sed* a *eras*) 𝔄, (a *delev.*) P'. — 6 distraitur (a *ex e* m 2) B P' O''. — 8 malluit P. — 9 exolvere B O, exsolvere *ceteri.* — 9 iudicavit 𝔄 P'. — 9 solutione B P. — 10 et > ac H. — 12 dei gratiam C H. — 15 expectatam 𝔄. — 15 in stipendiis C H A. — 16 fa (*rasur.*) cundiam P. — 16 loquor H. — 16 quae > quam C H O''; > L. — 16 adiutorio > auditorio (*corr.* m 2) P. — 17 mallo O' *et* (l *prim. expunct.*) P P'. — 17 illā B. — 18 dixit A L *et* (*ex* duxit) O, dixi (u *s.* i *prim.*) O'. — 19 plenius (i *s. v.*) 𝔄. — 20 voluerit A. – 20 invictus (s *s.* v.) 𝔄. — 21 trasfetaverit C (*et corr.*) O. — 22 peragraret B, (-ret *ex* rit m 3) P, (-it *corr.* O'', peragravit (r *s. v.* m 3) 𝔄, peragraverit A. — 23 refugerit (-et m 3) B. — 23 ad (d *s. v.*) P 𝔄. — 24 veneret (venirit m 3) B.

iniuriae, neglegens frigoris, atque utinam sollicitus cautionis! Sed hoc ipso beatus, quod dum licuit vigore uti corporis, inoffenso ad exsequenda quae vellet, functus iuventutis officio vitam vixit, debilitatem ignoravit.

51. Qua vero prosecutione simplicitatem eius edisseram? Ea est enim quaedam morum temperantia mentisque sobrietas. Date quaeso veniam et permittite dolori meo, ut de eo mihi paulo uberius liceat loqui, cum quo iam non conceditur conloqi. Certe et vobis proficit ut advertatis non fragilitate quadam vos hoc officium, sed iudicio detulisse nec misericordia mortis impulsos, sed virtutum honorificentia provocatos; *anima* enim *benedicta omnis simplex,* tanta autem simplicitas erat, ut conversus in puerum simplicitate illius aetatis innoxiae, perfectae virtutis effigie et quodam innocentium morum speculo aeluceret. Intravit igitur in regnum caelorum, quoniam credidit dei verbo, quoniam sicut puer artem repulit adulandi, iniuriae dolorem clementer absorbuit, quam inclementius vindicavit querellae quam dolo promptior, satisfactioni facilis, difficilis ambitioni, sanctus, pudori, ut frequenter in eo superfluam magis verecundiam praedicares quam necessariam quaereres.

52. Sed numquam superflua fundamenta virtutis; pudor enim non revocat, sed commendat officium. Itaque velut

12 Prov. 11. 25.

3 inoffensio (i *alter. eras.*) B. — 3 exsequenda B P 𝔄 L, exequenda *ceteri.* — 10 vellit (l *prim.* expunx.) B, (-et m 2) P. — 3 iuventatis B (v *s.* a m 3) C, (u *s.* a) 𝔄, (v *s.* a m 3) A, iuventutis *ceteri.* — 4 ignoravit (v *in ras.*) B. — 5 persecutione C P′. — 5 edisseram C H 𝔄 O″, ac disseram A. — 7 datae B. — 9 conceditur (con *s. v.*) 𝔄. — 10 indicio > iudicio 𝔄. — 11 misericordia (miseria m 2) A, (*s.* vel miseria) 𝔄. — 12 provocatus B (-os *corr.*) L. — 12 tantae autem simplicitatis erat H. — 13 ad > in 𝔄. — 13 simplicitatē C A 𝔄 L. — 14 effigiae C, effigiem B L O′, effigiaem P. — 14 quadam P > (o *s.* a m 2) O″. — 14 innocentiae > innocentium 𝔄. — 15 -murum > morum P′. — 18 quam clementius C H A. — 18 querellae B, quaerelae A 𝔄 H *et* (a *prim. exp.* m 2) PO″, querelae *ceteri* — 18 doli A. — 19 satisfactioni (-ni *ex* ne) 𝔄. — 19 ambitioni (ni *ex* ne) B. — 19 pudori (ri *ex* re) B.

quadam virginali verecundia suffusus ora cum vultu affectum proderet, si forte aliquam subito veniens offendisset parentem, velut depressus et quasi demersus in terram, licet in ipso nequaquam dissimilis coetu virorum, rarus adtollere os, elevare oculos, referre sermonem. Quod pudico quodam mentis pudore faciebat, cum quo castimonia quoque corporis congruebat. Etenim intemerata sacri baptismatis dona servavit, mundo corpore, puriore corde; non minus adulterini sermonis obprobrium, quam corporis perhorrescens, non minorem ratus pudicitiae reverentiam deferendam integritate verborum quam corporis castitate.

53. Denique in tantum castimoniam dilexit, ut nec uxorem expeteret. Licet in eo non solum castitatis adpetentia fuerit, sed etiam pietatis gratia. Miro autem modo et coniugium dissimulabat, et iactantiam declinabat tantaque erat dissimulatio, ut nobis quoquo urgentibus differre magis consortium quam refugere videretur. Hoc unum itaque fuit, quod nec fratribus crederet, non aliqua cunctationis haesitantia, sed virtutis verecundia.

54. Quis igitur non miretur virum inter fratres duos alteram virginem, alterum sacerdotem, aetate medium, magnanimitate non inparem ita inter duo maxima munera praestitisse, ut alterius muneris castitatem, alterius sanctitatem referret, non professionis vinculo, sed virtutis officio? Ergo si libido atque iracundia reliquorum vitiorum educatrices sunt, iure castitatem atque clementiam dixerim quasdam virtutum parentes, quamquam pietas quoque ut omnium

1 verecundia (e *alter ex* i m 3) B. — 1 suffusum B P P′ L O O′. — 1 affectus 𝔄. — 2 aliquam (e *s.* a m 2) P, aliquem O′. — 3 veluti B, velut *ceteri.* — 8 mundus L. — 8 purior C H L A O″, durior 𝔄. — 11 castitatem B P P′ O′. — 12 ne > nec 𝔄. — 13 expeteret C H A O″, exspectaret *ceteri.* — 14 gratia pietatis C. — 14 gratiam 𝔄. — 18 quo > quod P′. — 18 aliqua (a *alter.* ex ā) 𝔄. — 18 inhaesitantia H. — 19 verecundia (e *alter. ex* i m 3) B. — 22 maxima (ma *alter.* s. v.) munera (u *ex* a) P. — 22 praestitisse (per- m 3) B. — 23 minoris > muneris H. — 26 quasdam + ñä B. — 27 parentes (-es *ex* is) A.

principatus bonorum ita etiam seminarium virtutum est caeterarum.

55. Nam de parsimonia quid loquar, et quadam habendi castitate? Is enim non quaerit aliena, qui sua servat, nec inflatur inmodico, qui contentus est proprio. Nihil ergo aliud nisi proprium recuperare voluit, magis ne fraudaretur, quam ut ditaretur. Nam eos qui aliena qaererent, recte *accipitres pecuniae* nominabat. Quod si *radix malorum omnium avaritia est*, utique vitia exuit qui pecuniam non requirit.

56. Non umquam accuratioribus epulis aut congestis ferculis delectatus nisi cum amicos rogaret, quantum naturae satis esset, non quantum voluptati superesset, requirens. Et certe erat non pauper opibus, sed tamen pauper spiritu. De istius beatitudine nequaquam utique dubitare debemus, qui neque ut opulens exsultavit in divitiis neque ut pauper exiguum quod habuit iudicavit.

57. Superest ut ad conclusionem cardinalium virtutum, etiam iustitiae partes in eo debeamus advertere. Nam etsi cognatae sint inter se concretaeque virtutes, tamen singularum quaedam forma expressior desideratur, maximeque iustitiae. Ea enim sibi parcior foris tota est et quidquid habet quadam inclementia sui, dum rapitur amore communi, transfundit in proximos.

8 radix omnium malorum : 1. Tim. 6. 10 ῥίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία.

4 castitatem B O″, (m *expunx.*) P. — 6 in proprio > proprio 𝔄. — 6 recuperare (a *ex* e) P. — 7 quaerunt H. — 8 acceptrices (*corr.* m 1) C 𝔄, acceptores P′ O′, acciperes O″. — 8 Quodsi C H A 𝔄 L O″, quod *ceteri.* — 9 avaritia (a *ultim.* ex ā) A. — 9 quaerit > requirit A, relinquit (it *ex* et) 𝔄. — 11 delectatus est H. — 11 amicos + ępulas H. — 15 opulentus L. — 17 ad (*s. v.*) A; d (*s. v.*) 𝔄. — 18 partis (-es m 3) B, (-es m 2) P, partē L. — 19 sint B C O, sunt *ceteri.* — 20 forma (a *ex* ā) A, formę (a. *s.* ę) 𝔄, forma P P′ L O O′. — 20 expressio B P P′ L O O′. — 22 transfundit (t *alter. s. v.*) B.

8 Plautus Pers. 409. Pecunias accipiter avide atque invide / Procax, rapax, trahax.

58. Sed huius multiplex species. Alia erga propinquos, alia erga universos, alia erga dei cultum vel adiumentum inopum. Itaque qualis in universos fuerit provincialium quibus praefuit studia docent, qui parentem magis fuisse proprium, quam iudicem loquebantur, gratum piae necessitudinis arbitrum, constantem aequi juris disceptatorem.

59. Inter fratres autem qualis fuerit, licet omne hominum genus benevolentia conplecteretur, indivisum patrimonium docet ñec distributa aut delibata, sed reservata haereditas. Etenim pietatem sibi causam negavit esse testandi. Nam hoc quoque ultimo sermone signavit, cum quos dilexerat commendaret; sibi nec uxoris arbitrium fuisse ducendae, ne a fratribus divelleretur, nec testamenti faciendi voluntatem, ne nostrum in aliquo arbitrium laederetur. Denique et oratus et obsecratus a nobis nihil tamen condendum putavit, non oblitus pauperum, sed tantum obsecrans esse tribuendum, quantum nobis iustum videretur.

60. Quo uno satis et divini timoris expressit indicium et humanae edidit religionis exemplum. Nam quod pauperibus contulit, deo detulit; quoniam *qui largitur pauperi, Deo faenerat*, et, postulando quod iustum est, non exiguum, sed totum reliquit. Haec enim summa iustitiae, vendere quae habeas et conferre pauperibus. Qui enim *dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in aeternum.* Ergo

20 Prov. 19. 17. — 22 cf. Matth. 19. 21. — 23 ps. 111. 9.

1 multiplex + est L. — 1 ergo (a s. o) 𝔄. — 3 in (*s. v.*) A; erga > in L. — 6 arbitrium (i *alter. eras.*) A. — 6 disceptatiorem (i *alter. eras.*) B. — 10 pietatem (m *eras.*) P A 𝔄, pietate O O''. — 10 esse negavit H. — 10 testestandi B. — 11 cum C H A O'', eum (c s. e m 2) 𝔄 ut (in *rasur. ex* cum) B, *ceteri.* — 12 docende 𝔄. — 13 nec > ne (c *eras.*,) P. — 13 faciundi (e *s.* u m 3) 𝔄. — 16 nec oblitus L. — 16 oblitus + tamen O''. — 18 iudicium 𝔄. — 21 *feneratur deo* A, *fenerat* O, *feneratur* 𝔄, *fenerator* (v *s.* o) H, *foenerat* P', *fenerat ceteri.* — 22 relinquid 𝔄. — 22 Est enim A, Enim est H O''. — 23 quod > quae P'. — 23 et dare > et conferre A. — 23 quid (d *eras.*) B. — 23 dispersit + et A.

dispensatores nos, non haeredes reliquit; nam haereditas successori quaeritur, dispensatio pauperibus obligatur.

61. Unde non immerito quantus fuerit hodie quoque per vocem lectoris parvuli, spiritus sanctus expressit: *Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam, nec fecit proximo suo dolum. Haec generatio requirentium deum.* Hic ergo et *in montem domini ascendet et in tabernaculo habitabit dei*, quia *ingressus sine macula operatus est iustitiam, locutus est veritatem, non decepit proximum, nec pecuniam faeneratus est suam*, qui semper voluit recuperare haereditariam. Agnosco oraculum; quod enim nulla ordinavit dispositio, Spiritus revelavit.

62. Quid vero illud recenseam quod supra ipsam iustitiam pietate progressus, cum quaedam incubatori communium fructuum mei contemplatione muneris putasset esse tribuenda, largitatis me iactabat auctorem, portionis suae lucrum ad commune consortium conferebat.

63. Haec et alia quae mihi tunc erant voluptati maxime nunc recordationem doloris exasperant. Manent tamen eruntque semper, nec umquam velut umbra praeterierunt, neque enim virtutis gratia cum corpore occidit nec idem naturae

4 ps. 23, 4. 6. — 7 ps. 14, 1—3; 23, 3.

1 despensatores B. — 2 oblegatur B (i *s.* e) P L. — 5 vano P H A. — 6 malum > dolum 𝔄. — 6 Haec + est C H A 𝔄 O′. — 7 quaerentium > requirentium A 𝔄. — 7 dmñ A. — 7 ascendit H A 𝔄; (-et *correx.*) P′. — 8 habitabit (bita *s. v.*) C, habitavit 𝔄. — 8 qui > quā L. — 9 operatus iustitiam 𝔄. — 9 veritatem + quod. — 10 faeneratus H A, foeneratus P′, feneratus *ceteri.* — 11 hereditatem > haereditariam 𝔄. — 11 agnosce. — 16 mee > me 𝔄, *et* (e *alter. eras.*) P O′, meę L. — 18 in voluptate (e *ex* i m 2) 𝔄. — 18 maximae B C. — 19 recordatione H. — 19 dolorem > doloris A et ( > nunc recordationem) L. — 19 exasperavi C H. — 19 manent — praeterierunt (*in margin. infer.* m 2) P; > L. — 20 praeterierunt B. *in marg. tamen dextra legitur:* vel praeter, *reliquis abscisis; legebatur sine dubio:* praetereunt. — 21 enim > C H. — 21 corp^or (p *ex correct. et* ore m 2) B. — 21 natura 𝔄.

meritorumque finis, licet ipsius naturae usus non in aeternum occidat, sed temporali quadam vacatione requiescat.

64. Talibus igitur perfunctum virtutibus, ereptum periculis desiderio magis quam amissione flebo. Suadet enim ipsa opportunitas mortis, ut prosequendum magis gratia, quam dolendum putemus; scriptum est enim in communi dolore proprium vacare debere. Neque enim prophetico sermone uni illi mulieri quae figuratur, sed singulis dicitur, cum ecclesiae dictum videtur.

65. Dicitur ergo et ad me et dicit scriptura caelestis: Hocine doces, sic instituis dei plebem? An nescis quia exemplum tuum periculum ceterorum est? Nisi forte exauditum non esse te quereris. Primum istud adrogantis est impudentiae, mereri solum velle quod multis etiam sanctis negatum noveris; cum scias, *quia non est personarum acceptor Deus.* Nam etsi misericors Deus, tamen si semper exaudiret omnes, non iam ex voluntate libera, sed ex quadam velut necessitate facere videretur, deinde cum omnes rogent, si exaudiret omnes, nemo ergo moreretur. Pro quantis ergo quotidie rogas? Numquid constitutio dei contemplatione solvenda est tui? Cui ergo non impetratum aliquando doles, quod non semper impetrabile esse cognoscis?

66. Stulte, inquit, *super omnes mulieres, nonne vides*

7 Esdr. 4. 10. 6 ss. — 15 Act. 10. 34. — 23 Esdr. 4. 10. 6.

1 meritumque P′. — 2 vocatione H 𝔄 O O′ *et* (va *in marg.*) L. — 3 perfunctum (n *s. v.* m 3) B, perfructum P′. — 4 suadet (e *ex* i m 2) 𝔄. — 5 gratiam (m *exp.* m 3) P. — 6 putamus A. — 6 scribtum B *et* scriptum m 3 𝔄. — 7 dolore (i *s.* e) A. — 7 profetico B 𝔄. — 10 dicit ergo 𝔄. — 10 ad (d *s. v.*) B. — 10 scribtura B A. — 11 Hoccine (c *alter. s. v.*) 𝔄, heccine A, hoc in eo C H, hoc me *ceteri.* — 11 instudiis C, instruis A. — 13 quaereris 𝔄, (a *exp.*) P′ *et* (is *ex* es) P, quęreres O′, quereres B L. — 13 istud (i *s. u.*) B. — 16 et > etsi C H 𝔄, si > etsi L. — 17 iam non 𝔄. — 17 non iam—omnes > P′. — 17 volumtate B. — 21 doles (e *ex* i m 2) B.

3 Talibus igitur perfunctum virtutibus: cf. Senec. dial. 12 (ad Polyb. de consol.) 5. 1 ss.

*luctum nostrum et quae nobis contigerunt? Quoniam Sion mater nostra omnium in tristitia contristatur, et humilitate humiliata est. Lugete validissime et nunc, quoniam omnes lugemus, et tristes estis, quoniam omnes contristati sumus. Tu enim contristaris* in fratre? *Interroga terram, et dicet tibi quoniam haec est, quae debeat lugere tantorum superstes germinum. Et ex ipsa,* inquit, *initio omnes nati et alii venient et ecce paene omnes in perditionem ambulant et in exterminium fit multitudo eorum. Et quis ergo debet lugere magis, nisi quae tam magnam multitudinem perdidit, quam tu qui pro uno doles?*

67. Absorbeat igitur nostrum dolorem communis dolor et acerbitatem proprii maeroris excludat. Non enim dolere debemus eos, quos cernimus liberatos; neque enim otiose tam sanctas hoc tempore animas corporeis vinculis reminiscimur absolutas. Namque velut divino iudicio tam graves viduas ita uno tempore defunctas videmus, ut profectionis quidam videatur excessus, non mortis occasus, ne veterana emeritis stipendiis pudicitia in dubium diu servati pudoris incideret. Quos gemitus mihi, quos dolores tam acerba excitat recordatio. Etsi maeroribus non vacabam, tamen in ipso dolore privato, in ipso tantorum amisso flore meritorum

1 *sion* B P A O″, si ñ 𝔄. — 3 *validissimae* B, *evalidissime* (e *prim. eras.*) P, *validissimi* C, *valedissimi* (-me corr.) 𝔄. — 4 *estis* (is *ex* e) C. *estote* A, *est* L, sitis O″. — 4 omnes (e *ex* i m 2) B. — 6 *debebat* H. — 7 *inquit* + *ab* L; inquit > A. — 8 *pone* C, *penes* H. — 8 *ambulant, in exterminium* P′ L. — 8 *exterminium* (i *alter.* s. v.) P, *exterminum* O′. — 12 dolorem nostrum L. — 13 proprii (ii *in ras.* m 2) P. — 16 absolutis (a *s.* i) A. — 17 provectionis A. — 18 ne veterana—incideret (*in marg.* m 2) A. — — 19 meritis > emeritis P P′ L. — 19 acerva B, *et* (b *s.* v. m 3) 𝔄. — 50 vacabant P′, vacabar O″.

18 veterana emeritis stipendiis pudicitia: simili quodam modo Cic. Cat. mai. 49: At illa quanti sunt, animum tamquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionum, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse secumque, ut dicitur, vivere! — Cf. Sidon. Carm. 2. 209.

communis quaedam naturae me condicio solabatur defixusque in uno dolor acerbitatem publici funeris, domesticae specie pietatis obduxerat.

68. Repeto ergo, sacra scriptura, solacia tua; iuvat enim tuis praeceptis, tuis sententiis immorari. Quam *facilius est caelum et terram praeterire, quam de lege unum apicem cadere!* Sed iam audiamus quae scripta sunt: *Nunc,* inquit, *retine apud temetipsum dolorem tuum et fortiter fer qui tibi contigerunt casus. Si enim iustificaveris terminum dei, et filium tuum recipies in tempore, et in mulieribus conlaudaberis.* Si hoc ad mulierem, quanto magis ad sacerdotem? Si de filio, non utique absurdum etiam de fratrum amissione talia posse memorari, quamquam si mihi fuisset filius, numquam eum amplius dilexissem. Nam sicut in obitu liberum effusi labores, suscepti frustra dolores maerorem videntur augere, ita etiam in fratribus consuetudinis usus atque collegii acerbitatem doloris accendunt.

69. Sed ecce dicentem scripturam audio: *Noli facere*

5 Luc. 16. 17. — 7 Esdr. 4, 10. 15. 16.

1 deflexusque (l *s. v.*) C. — 2 una (uno O′) doloris acerbitate P′ O′. — 2 humo > uno L. — 4 repete C. — 4 sacra C H L, sc̃a *ceteri.* — 4 scribtura B *et* (m 3 scriptura) 𝔄. — 4 iuvat (v *ex* b) B. — 7 iam + ut B. — — 10 conlaudaberis (b *ex* v m 2) B. — 12 amissione fratrum H. — 13 posse > C H. — 13 memorari (i *ex* e m 2) B. — 14 dilexissem (e *prim. ex* i m 2) B. — 14 liberum P C O′, liberorum B, (ro *s. v.* m 2) 𝔄, r o (*s. v.* m 1.) *ceteri.* — 15 laboris 𝔄. — 15 doloris (i *ex* e) P. — 15 maerorem C H A 𝔄 O″, memoria P′, memoriam *ceteri.* — 17 acerbitatem (b *ex* u) B. — 18 audio scripturam A. — 18 scributuram B 𝔄.

18 Noli facere: 4 Esd. 10. 20 ss.; sed textus noster discrepat ab illo vulgatae editionis hisce: persuaderi Quot, qui; > et quoniam (> quis) + sanctificatis nostra deserta effecta est et altare nostrum demolitum est et templum nostrum destructum est et psalterium nostrum humiliatum est, et hymnus continuit et exsultatio nostra dissoluta est et lumen candelabri nostri exstinctum est et arca testamenti nostri direpta est et sancta . . . .; invocatum > nominatum — liberi > filii — abierunt (> fecerunt) et virgines nostrae coinquinatae sunt et mulieres . . ; > et virgines — passae; — nam et > nunc et; — requietionem.

*hunc sermonem, sed consenti persuaderi. Qui enim casus et Sion consolare propter dolorem, Hierusalem. Vides enim quia sancta nostra contaminata sunt et nomen quod nominatum est super nos paene profanatum est et fili nostri contumeliam passi sunt et sacerdotes nostri succensi sunt et levitae nostri in captivitate fuerunt et mulieres nostrae contaminatae sunt et virgines nostrae vim passae sunt et iusti nostri rapti sunt et parvuli nostri perditi sunt, et iuvenes nostri servierunt et fortes nostri invalidi facti sunt. Et quod omnium maius, signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua, nunc et tradita est in manibus eorum, qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam multam tristitiam, et depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur fortis et requiem faciat tibi altissimus requietione dolorum.*

70. Cessabunt igitur lacrimae; parendum est enim remediis salutaribus, quia debet aliquid inter fidos et perfidos interesse. Fleant ergo qui spem resurrectionis habere non possunt, quam non sententia dei eripit, sed fidei inclementia. Intersit inter Christi servulos idolorumque cultóres, ut illi fleant suos, quos in perpetuum existimant interiisse. illi nullas habeant lacrimarum ferias, nullam tristitiae requiem consequantur, qui nullam putant requiem mortuorum. Nobis vero quibus mors non naturae, sed vitae

2 *Sion* B P A 𝔄, *Syon ceteri.* — 2 videns A. — 2 vides enim C H A, *Schenkl* ergo. — 31 *paenae profanatum* (o *ex* u) B. — 4 *et filii nostri et iuvenes* A, *iuvenes* > *fili* C H A, *illi* > *fili, ceteri.* — 4 *contumiliam* B. — 5 *nostri* (*prim.* s. v.) B. — 5 *successi* P. — 5 *levitae nostrę* C. — 6 *mulieres contaminatae* C. — 6 *contaminatae sunt et virgines nostrae* > 𝔄. — 6 *mulieres nostrae raptae sunt* P′. — 7 *et iusti rapti sunt* > L. — 7 *et pervuli nostri perditi sunt* > 𝔄. — 9 *quo* > *quod.* — 9 *quod magis omnium* A. — 10 *Sion* B P A, *Syon* ceteri. — 14 *requietionē* 𝔄 O″. — 15 est > L. — 16 fidos *ex* filios C. — 18 dī eripit dī P, eripit dī P′. — 18 erepit B. — 19 XPI (i *ex* o) 𝔄. — 21 interrisse B inter (*ras*) isse C. — 21 consequamur (-ntur m 2 *s.* mur) 𝔄. — 22 quia > qui P′ L O′. — fletus + autem P.

istius finis est, quoniam in melius ipsa natura reparatur, fletus omnes casus mortis abstergeat.

71. Certe si illi sibi aliqua solatia reppererunt, qui finem sensus defectumque naturae mortem arbitrati sunt, quanto magis nos, quibus meliora post mortem praemia bonorum factorum conscientia pollicetur! Habent gentiles solacia sua, quia requiem malorum omnium mortem existimant et ut vitae fructu carent, ita etiam caruisse se putant omni sensu et dolore poenarum, quas in hac vita graves et adsiduas sustinemus. Nos vero ut erectiores praemio ita etiam patientiores solacio esse debemus; non enim amitti, sed praemitti videntur, quos non absumtura mors, sed aeternitas receptura est.

72. Cessabunt ergo lacrimae aut, si cessare non poterunt, in communibus lamentis flebo te, frater, et sub dolore publico domesticos gemitus tegam. Nam cessare qui poterunt, cum ad omnem sonum nominis tui lacrimae subrepant, vel cum usus ipse recordationem excitat vel cum affectus imaginem repraesentat vel cum recordatio dolorem renovat? Quando enim dees, qui tantis officiis repraesentaris? Ades, inquam, et semper offerris, et toto te animo ac mente complector,

2 omnis O″, omnes (m 1) A, (m 2) 𝔄. — 2 abstergat mortis 𝔄, abstergat C H L O′ O″. — 3 certe illi 𝔄. — 4 mortem > 𝔄. — 7 *verba* malorum omnium mortem *delevtt* 𝔄 *et loco eorum posuit:* requiem — 8 fructificarent (v *s.* ifi m 2; > vitae fructu carent) P. — 8 corruis P′. — 8 omni (*deinde spatium 2 litter.*) P′, ōmis (i *ex* s) 𝔄, omnis (s. *eras.*) A. — 9 dolore + mortis A. — 9 dolorum et P′. — 9 gravis (m 1) B, graves (m 3) B *et ceteri.* — 12 absumptura P H P′, adsumptura B C et (b *s.* d) A, assumptura *ceteri.* — 14 cessare poterunt P′. — 16 gemitos (v *s.* o) 𝔄. — 16 non > qui C H. — 18 excitant, > vel 𝔄. — 20 enim > inquam L. — 21 offereris P, e *alter s. v.*) O′, offunderis C H et (e s. u. m 3) 𝔄, offenderis A.

7 requiem malorum: Sallust. Cat. 51, 20 in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum esse, eam cuncta mortalium mala dissolvere; ultra neque curae neque gaudio locum esse. Senec. dial. 5 (ad Marc. de consol.) 19. 4. — Cic. Tusc. 1. 5, 9.

adspicio, adloquor, osculor, comprehendo vel in ipsa quiete nocturna vel in luce clara, cum revisere et solari dignaris maerentem. Denique ipsae iam noctes, quae quasi molestiores vivente te videbantur, quod mutui conspectus copiam denegarent, ipse iam somnus, colloquiorum nostrorum dudum interruptor inamabilis, dulcis esse iam coepit, quia te mihi reddit. Non igitur miseri, sed beati, quorum nec praesentia deficit, nec cura minuitur et augetur gratia. Etenim somni similis imago mortis.

73. Quod si in quiete nocturna vinculis adhuc corporeis

2 solaris (s *expunx.*) 𝔄, consolari P′ O′, consolaris (s *eras.*) O″ — 3 ipsa's (s *s. v.* m 3) B. — 4 aspectus > conspectus 𝔄. — 4 iam + michi P′. — 6 mihi + iam 𝔄. — 7 reddit (m 1) B P L O O′ O″, reddidit (m 3) B *et ceteri*. — 8 defecit B. — 8 minuuitur B. — 8 somni (o *s.* i m 2) P.

8 somni similis mortis imago: Plato Apol. Socr. 40 D. καὶ εἴτε δὴ μηδὲ μία αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος ἐπειδάν τις καθεύδων, μηδ' ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος, sed iam antea Homerus Il. 14. 231: ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο, κασιγνήτῳ θανάτοιο, Odys. 13. 79: καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτεν, νήγρετος ἥδιστος, θανατῷ ἄγχιστα ἐοικώς. cf. Il. 11. 241; 16. 672. Plutarch. consol. ad Apol. c. 12. εἰ γὰρ δὴ ὕπνος τίς ἐστιν ὁ θάνατος καὶ περὶ καθευδόντας μηδὲν ἔστι κακόν, δῆλον ὡς οὐδὲ περὶ τοὺς τετελευτηκότας εἴη ἄν τι κακόν. ἀλλὰ μήν γε ὅτι ἥδιστος ὁ βαθύτατος τί δεῖ λέγειν. — Vergil. Aen. 6. 521. Tum me confectum curis somnoque gravatum, / Infelix habuit thalamus, pressitque iacentem, / Dulcis et alta quies placidaeque simillima morti. Cic. Cat. mai. 81. Jam vero videtis, nihil esse morti tam simile quam somnum. — Tusc. 1. 92 Quam (mortem) qui leviorem faciunt somni simillimum esse volunt. — 10 Quod si in quiete nocturna: Videsis Vergil. Aen. 2. 270. Cic. Cat. mai. 81. Atqui dormientium animi maxime declarant divinitatem suam; multa enim cum remissi et liberi sunt futura prospiciunt. Hor. Epod. 1. 14. 6. Me quamvis Lamiae pietas et cura moratur / Fratem maerentis, rapto de fratre dolentis / Insolabiliter, tamen istuc meus animusque / Fert et amat spatiis obstantia rumpere claustra. cf. Cic. Rep. 6. 29. (Somn. Scip.). idque ocius faciet, si iam tum cum erit inclusus in corpore eminebat foras et ea, quae extra sunt contemplans, quam maxime se a corpore abstrahet. — 10 Statius Theb. 5, 265. Seneca Troad. 438 ss.

inhaerentes et quasi in carceraria relegatae claustra membrorum possunt tamen animae altiora et discreta perspicere, quanto magis spectant haec, cum iam puro aetherioque sensu nulla corporeae labis impedimenta patiuntur! Meritoque mihi conquerenti vergente quodam iam in occasum die, quod non reviseres quiescentem, totus omni tempore individuus adfuisti, ita ut illo perfusus sopore membrorum, cum ego vigilarem tibi, tu viveres mihi, dicerem: Quid est mors, frater? Nam certe nullis a me separararis momentis, ita enim ubique praesto eris, ut quam in istius vitae usu habere nostri copiam nequibamus nunc nobis semper et ubique praesto sit. Nam tunc utique omnia praesto esse non poterant; neque enim conplexiones nostrae, conspectus et osculorum corporalium suavitates locis omnibus et omnibus

1 inter > in C H A 𝔄. — 1 carcerarea C, carceralia 𝔄. — 1 relegatae A, religatae (i *s. v*) B, *ceteri.* — 1 claustra *ex* castra H. — 2 secreta > discreta P′. — 3 expectant 𝔄 (s *s.* ex) P′ O′. — 3 aetherioque (h *s. v.* m 3) B, aethereoque P, (e *tertium* ex i m 2) A. (h *s. v.*) O′ O″, aerioque L. — 4 corporeae (e *prim.* s. v.) P. — 4 potiuntur H. — 5 conquaerenti P, (a *exp.*) A, conquirenti B (i *prim. ex* e) P′ O′. — 5 uergente C H A 𝔄 P′ O″, urgente *ceteri.* — 5 quod > quodam C H. — 5 quod > C H. — 6 revisseres B, (s *prim. eras.*) P, revisceres C (*et* c *eras.*) A, reviseris H. — 6 toto somni > totus omni 𝔄. — 7 opere > sopore B L O″ *et* (m 2 sopore) P O. — 9 nunc > nam Schenkl *in editione.* — 9 nullis (a s. is) 𝔄. — 9 separares P (-is *corr.*) B O′, separare C A O″ et (is *s.* e *alter.*) 𝔄, separabare H. — 9 morte (*ex* mortentis) > momentis 𝔄. — 10 eris O, eras P, (i *s.* a) *ceteri.* — 10 usū H, usus O″. — 11 nostri > C H A P′ — 13 nec enim H. — 13 cōplexiones C H A 𝔄 O″, conplexionis P (-es *corr.*) *ceteri.* — 13 conspectusque C H A, cōplexusque 𝔄. — 14 suavitatis (e *s.* i *alter.*) A.

1 in carceraria relegatae claustra: cf. Senec. dial. 12. (ad Polyb. de consol.) 9, 3 nunc animus fratris mei velut ex diutino carcere emissus, tandem sui iuris et arbitrii, gestit et rerum spectaculo fruitur et humana omnia ex loco superiore despicit, divina vero, quorum rationem tamdiu frustra quaesierat, propius intuetur: cf. ibid. § 8. Cic. Cat. mai. 77 Dum sumus inclusi in his compagibus corporis.

temporibus suppetebant. Animorum imagines semper nobiscum erant, etiam quando non eramus una; quae ne nunc quidem occiderunt adsiduoque advolant, quo maiore desiderio, eo maiore copia.

74. Teneo igitur te, frater, nec mihi te aut mors aut tempus avellet. Ipsae dulces lacrimae sunt, ipsi fletus iucundi, quibus restinguitur ardor animi, et quasi relaxatus evaporat affectus. Neque enim sine te esse possum aut tui non meminisse unquam, aut meminisse sine lacrimis. O amari dies, qui interruptam copulam proditis! O flebiles noctes, quae tam bonum consortem quietis et individuum mihi comitem perdidistis! Quas ederetis cruces, nisi se offunderet imago praesentis, nisi visiones animi repraesentarent, quem species corporis denegaret!

75. Iamiam, frater animo meo carissime, quamquam tu immaturo decesseris obitu, beatus tamen, qui ista non sustines, nec amissum fratrem maerere conpelleris, quem absentem diu ferre non poteras, sed recursu celeri revisebas. Quod si tunc solitudinis meae taedia repellere, maestitiam fraternae mentis ablevare properabas, quanto nunc crebrius afflictum animum debes revisere et ex te conceptum, per te lenire maerorem!

76. Ac mihi tamen dat aliquas officii usus indutias et obsequii sacerdotalis intentio abducit animum, sanctae vero

1 temporalib; > temporibus A. — 1 animarum 𝔄. — 5 te mihi 𝔄. — 6 avellit 𝔄 *et* (—et m 2) O′. — 7 iucundi B, iocundi *ceteri.* — 7 restinguatur P′, restringitur 𝔄 L O′. — 8 esse > A. — 8 non possum C, (ñ *eras*) P′ O′. — 8 esse possum *in rasur.* L. — 10 flebiles (i *ex* e) B. — 12 ederites (*corr.* m 3) B, ederitis (*corr.* m 2) P H. — 13 offunderet B C H, funderet 𝔄, offerat P′, offenderet *ceteri.* — 15 tu > A 𝔄. — 17 sustines (-es *ex* is) B. — 18 revisçebas A. — 22 lenire (i *s.* e *prim.*) B. — 23 Hac A (h *eras*) P′, at 𝔄 *et* (*ex* ac m 2) L. — 23 sancta (-ae m 2) B P, sc̃a A, de sc̃a H L.

15 c. 75. iamiam frater: Sallust Jug. 14. 22. Iamiam, frater, animo meo carissume, quamquam tibi immaturo et unde minime decuit vita erepta est, tamen laetandum magis quam dolendum puto casum tuum.

sorori quid fiet, quae licet divino metu pietatem temperet, rursus tamen ipsum pietatis dolorem studio religionis accendit strata humi et totum gremio sui complexa tumulum, laborioso fessa incessu, tristis affectu, dies noctesque maerorem integrat? Nam licet fletum plerumque sermone suspendat, in oratione renovat et quamvis scripturarum memoria consolationes serentibus praecurrat, flendi tamen desiderium precandi adsiduitate compensat lacrimarum ubertatem tunc praecipue, quando nemo interrumpere possit, instaurans. Ita quod miserearis habes, quod reprehendas non habes; flere enim in oratione virtutis est. Et quamquam istud familiare virginibus, quibus mollior sexus, tenerior affectus, contuitu communis fragilitatis in lacrimas etiam sine domestici sensu doloris exuberat, tamen cum maior causa maerendi est, finis maeroris excluditur.

77. Deest igitur consolandi via, quia suppetit excusandi gratia. Neque enim possis probibere quod doceas, praesertim cum religionis adstruat lacrimas, non doloris, et communis seriem deplorationis in metu pudoris obtexat. Consolare ergo qui potes adire animum, penetrare mentem. Cernat te esse praesentem, sentiat non esse defunctum, ut, cuius secura de merito, eius functa solacio, discat pro eo non graviter dolere qui se admonuerit non dolendum.

78. Sed quid ergo demoror, frater? quid exspector, ut

1 sorore C H L et (—ri *corr.* m 1) B 𝔄, m 2 P, sororē A. — 2 religionis (li *s. v.*) B. — 3 strata? strato? B. — 5 iterat > integrat P′. — 6 revocat L. — 6 scributurarum B. — 7 consulationes B. — 8 adsiduitate (e *ex* i) A, assiduitatē P′ L. — 8 ubertatem C H A, ubertate *ceteri*. — 9 possit 𝔄. — 10 misereatus (ri s. tu m 2) P. — 10 *desinit* O″ *in litteris* rēp *verbi reprehendas*, in mediā pag. 142 v. — 12 mellior C, melior H. — 13 domesticis B P O. — 16 igitur > H. — 19 metū 𝔄. — 19 pudoris obtexat (pudori subtexat m 4) B. — 19 obtegat (x s. g m 2) P, obtexerat C, obtexit (a *s.* i) P′. — 19 consulare (o *s.* u) B. — 20 potē 𝔄. — 22 facta P O O′, fota P′, cuncta A, funera sint (sint *s. v.* m 1) 𝔄. — 23 admoverit non dolenti L. — 24 ergo (r *eras.*) C. — 24 demorer A L. — 24 expecto B, expectem *ceteri*.

nostra tecum commoriatur et quasi consepeliatur oratio? Licet ipsa species et exanimis corporis forma soletur oculosque manens gratia et permanens figura demulceat, nihil, inquam moror, procedamus ad tumulum. Sed prius ultimum coram populo vale dico, pacem praedico, osculum solvo. Praecede ad illam communem omnibus et debitam, sed iam mihi prae ceteris desiberabilem domum Para hospitii consortium et quemadmodum hic omnia nobis fuere communia, ita illic quoque ius dividuum nesciamus.

79. Ne, quaeso, cupientem tui deseras; properantem exspecta, festinantem adiuva et, si diutius morari tibi videbor, accerse. Neque enim umquam prolixius afuimus a nobis, tu tamen solebas revisere. Nunc quoniam tu redire iam non potes, nos ad te ibimus. Aequum est ut officium rependamus, subeamus vicem. Numquam nobis fuit vitae condicio discretior, semper aut sanitas aut aegritudo communis; ut cum alter aegresceret, alter « in morbum » incurreret et, cum alter revalesceret, uterque consurgeret. Quomodo ius nostrum amisimus? Et nunc consortium aegritudinis fuit, quomodo mortis consortium non fuit?

80. Tibi nunc, omnipotens Deus, innoxiam commendo animam, tibi hostiam meam offero. Cape propitius ac

1 consipiliatur B. — 5 dedico > vale dico C. — 5 oscula 𝔄. — 6 praecede (c *ex* do) A c (*s. v.*) 𝔄. — 6 debitam (i *ex* e m 3) B. — 7 hospiti C H. — 9 quoque illic A. — 10 desíderas > deseras B *et* (deseras m 2) P L, desideres O′. — 11 diutius (i *prim.* s. v.) B. — 11 morari (ri *s. v.*) A. — 11 videar P′, videor L. — 11 accersi (i *ex* e) P H P′ L O′. — 12 abfuimus (b *s. v.*) 𝔄, affuimus L. — 13 revisere (s *in rasur.*) B. — 16 decretior B P′ L O′ *et* (is *supra* e *prim.*) P. — 17 aegresceret C H A, aeger esset *ceteri*. — 17 aegritudinem incurreret, *ita Schenkl. adprobo lectionem. Maurini* „in morbum“ adiecerunt *sane suo iure*. — 18 et > H A. — 18 convalesceret (con *s. v.* m 3) > consurgeret 𝔄. — 19 consortio (ṽ *s.* o *tertium*) A.

7 para hospitii consortium: cf Cic. Cat. mai 84.: et ex vita discedo tamquam ex hospitio non tamquam e domo, et Senec. dial. 6 (ad Marc. de consol.) 21. 1. ad brevissimum tempus editi cito cessuri loco incolae venienti inpactum iri hoc prospicimus hospitium.

serenus fraternum munus, sacrificium sacerdotis. Haec mei iam libamina praemitto, in hoc ad te pignore venio, non pecuniae, sed vitae pignore, ne me diutius residere facias tanti faenoris debitorem. Non mediocris est fraterni amoris usura nec vilis naturae sors, quam cumulant incrementa virtutis. Possum ferre, si cito cogar exsolvere.

2 liba > libamina C H A 𝔄. — 4 faenoris P H 𝔄 O, foenoris C, fenoris *ceteri*

EXP B (B *eras.*) LIB I INC LIB II DE FRATRE SCI AMBROSI B. — EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIT LIBER SECVNDVS DE FRATRE SCI AMBROSII. P — DE EXCESSV FRATRIS SVI EXPL. INCIPIT DE RESVRRECTIONE C. — EXPLICIT LIBER DE FRIS EXCESSV. INCIPIT DE RESVRRECTIONE H. — EXPLICIT LIB PRIM' DE EXCESSV FRATRIS SVI. INCIPIT LIBER SCDS DE EODEM. A. — FINIT DE EXCESSV FRIS LIBER. I. INCIPIT LIBER. II. 𝔄. — EXPLICIT LIBER SECVNDVS DE FRATRE SCI AMBROSII EPI. P' — EXPLIC LIB I' SCI AMBROSII DE SATURO. INCIP SCDS. L. — EXPLICIT PRIMVS LIBER (*deinde unus versus eras.*) FRE SCI AMBROSII. INCIPIT. II. O — EXPLICIT LIB I (I *ex* II) BEATI AMBROSII. ENCIP II (II *ex* III) DE EXCESSV FRATRIS O'.

Rhenania-Druckerei, Bonn.